¶ Quid ſit de omni ⁊ de nullo ipſe exponit ⁊ inqt de omni eſſe qñ nihil ſit accipere ſubiecti de quo nō ꝑdicetꝰ prędicatuʒ, ceu dicimus aial de omni hoīe ꝑdicari, ⁊ non eſt aliqs hō de quo aial non dicetur. Et de nullo ſilr. Naʒ dicimus hominē de nullo lapide dici, ⁊ nō eſt aliquis lapis de quo homo dicetꝰ. Verū in toto eſſe ⁊ de oī non modo habitudine differunt, ſed ēt alijs differētijs. Equidē in toto eſſe dī quatenus minus eſt atqʒ inferius eſt eo in quo eſt, vt in toto, ceu hō in toto animali eſt, ⁊ hō eſt inferior aiali. De omni aūt vel in plus eſt illo de quo dī, vel ęqle, ⁊ in plus erit, qñ genus fuerit ꝑdicatū, ęquale autē qñ erit ꝓprium, ceu aial ꝑdicatur de homine vt genus, ⁊ animal in plus ſe hʒ quam homo. Rurſus propriuʒ prędicatꝰ de homine vt riſibile ⁊ adequatur eideʒ, quare recte dictum eſt quod in toto eſt id quod in minus ſe habet, ⁊ de omnī quod in plus vel ęqualiter.

¶ CAPVT SECVNDVM.

Cum ꝟo oīs ꝓpoſitio eſt, aut ineſſe, aut neceſſario ineſſe, aut contingēter ineſſe, harū autem alię affirmatiuę, alię negatiuę ſm vnamquāqʒ allocutionem. Rurſus ꝟo affirmatiuarum ac negatiuaruʒ alię ſunt vniuerſaliter, alię in parte, alię indefinitę.

¶ Finem habent ea que Ariſto. propoſuit in pręfatione a principio, reliquū cōuertitur ad doctrinā gńationis ſyl

logiſmoꝝ, ſed quia neceſſariū ſyllogiſmoꝝ ſcḋe ⁊ tertię figurę oſtendit per cōuerſionē ꝓpōnum vt nuper dicebamus, proinde voluit prius diſſerere de cōuerſione, ne cū illoc acceſſerit cogatur ſermonē intercipere ac interrūpere. Cum itaq3 doceat nos quid ſit conuerſio, ⁊ quot modis dicatur etiam quali conuerſione ſit opus hic diſſerit. Item tractat in quot conſideratur cōuerſio, ⁊ quomodo ſe habeant inter ſe. Dicamus ergo ad primum ꝙ conuerſio eſt quędam ęquauerſio. Nam hęc prępoſitio (anti) vt alias ſępe diximꝰ, ęq̄le ſignificat apud veteres vt virago, gręco vocabulo antianera, ⁊ antitheos, ſcilicet ęqualis deo, ac in more conſuetudineq3 antithir, ideſt ambidexter, ſed ęquale alicui eſt ęquale, quia eſt de numero eoꝝ quę ſunt ad aliquid, ⁊ ea quę ſunt ad aliquid ad minimus in duabus rebus conſiderantur, quare ea quę conuertuntur ad minimum aliqua duo ſunt. Nam vnum non diceretur conuerti, igitur habes in quot fiat conuerſio ⁊ quid ſit. Reliquū eſt docere in quibus eſt, ⁊ quot modis dicatur. Omnis igit̃ cōuerſio vel terminoꝝ eſt, vel ꝓpoſitionum, vel ſyllogiſmoꝝ, igit̃ trifariā dicitur conuerſio, ⁊ in quibus ſit cognouimus, q2 in terminis, in ꝓpoſitionibꝰ, ⁊ in ſyllogiſmis, de cōuerſione igitur in terminis diſputatum eſt in libro pdicamentorum, vbi diſſeruit de his quę ſunt ad aliquid, q2 amicus amico amicus, ⁊ inimicus inimico inimicus, cōuerſionē aūt ſyllogiſmoꝝ in ſecūdo libro reſolutiuoꝝ docebit, dico. ſ. in libro poſt hunc. Nam oportet p̄us ſcire quid ſit ſyllogiſmus, vt diſcamus, quō conuertitur. Syllogiſmi autem cōuerti dicuntur, qū concluſionem accipientes ⁊ addentes maiorem propoſitionem probabimus minorē, ceu eſt ſyllogiſmus dicens animus ſeipſo mobilis, qđ eſt ſeipſo mobile eſt ſemper mobile, qđ eſt ſemper mobile eſt imortale, igitur animus immortalis eſt, habemus igit̃ concluſionem, qđ animus ſit immortalis, hanc igitur accipientes ⁊ facientes minorem propoſitionem, deinde addentes reliquas ꝓpoſitiones concluſionē faciamus minorem propoſitionē, hoc modo, animus imortalis, imortale eſt ſemper mobile, ⁊ ſemper mobile eſt ſeipſo mobile, igit̃ animus eſt ſeipſo mobilis. Item fieri poteſt vt cum minor propoſitio concluſioni complicita ⁊ cōueniens fuerit, maior prioris ſyllogiſmi fiat cōcluſio, ceu animus immortalis, imortale ſeipſo mobile, ſeipſo mobile eſt ſemper mobile, igit̃ animus eſt ſemper mobilis. De conuerſione autē propoſitionū hic diſputabit, non tamen de omni. Nam cum conuerſio ad minimum circa duas propoſitiones conſideretur (vt prius diximus) ⁊ vnaquęq3 propoſitio duos terminos habeat, quorum alter eſt ſubiectū, ⁊ alter ſit pędicatum, prorſus neceſſe eſt vt duę propoſitiones in quibus cōuerſio conſideratur, vel cōuenire ſm vtroſq3 terminos, vel differre, vel altero conuenire, ⁊ altero differre, ⁊ hoc dupliciter, vel vt cōmunicent ſm ſubiectum ⁊ ſm pędicatum differant, aut econuerſo, ⁊ nullum aliud diuiſionis membrum eſt pęter hęc. Cum itaq3 quatuor ſint coniugationes, tres quidem non ſimul ſtant, ſed vna ſola ſtat. Nam ſi propoſitiones ambobus terminis different, non fieret conuerſio, cum prorſus eſſent diuerſę ⁊ incōmunicantes, ceu homo eſt animal, ⁊ equus eſt quadrupes. Nā hę nullā cōmunionē cōuenientiāmq3 habent. At oportet ea quę conuertuntur inuicē conuenire. Item neq3 fieret conuerſio ſi altero termino conuenirent, ⁊ altero differrent, ceu homo animal eſt, ⁊ homo albus, ⁊ rurſus homo animal ⁊ equus animal, quare oportet quę conuertūtur ambobus terminis cōmunicare ⁊ conuenire, ſed quū in propoſitionibus vltra quidem habitus terminorū cōſideretur. Nam alter eſt ſubiectum, ⁊ alter eſt pędicatus, ac qualitas conſideratur, neceſſe eſt omnino vt propoſitiones quę inter ſe conuenire debēt, ambobus terminis conueniāt, vel ordine, vel qualitate, vel ambobus differre, vel altero conuenire, et altero differre, ⁊ hoc dupliciter, vel ordine conuenire, ⁊ qualitate differre, vel ordine differre, ⁊ qualitate conuenire. Cū itaq3 quatuor ſint cōiugationes, vna eſt inconſtans, ea ſcilicet quę habet propoſitiones conuenientes, ſm vtraq3, ſcilicet ſm ordinem ⁊ ſm qualitatem. Nā vna eſt propoſitio quę bis accipitur ⁊ non duo. Nam ſi termini debent eſſe ijdem (vt demonſtrauimus) in conuenientibus propoſitionibus, ⁊ ipſę haberent eundem ordinem ⁊ eandem qualitatem terminorum, profecto erunt ambę vna ⁊ eadē propoſitio vt homo animal eſt, ⁊ homo animal eſt, ⁊ hoc totum eſt vana locutio temereq3 dictum, porro alię tres coniugationes cōſtant, dico ſcilicet eā quę eſt differens ſm vtraq3, ſcilicet ſm ordinem ⁊ qualitatem, ac eam quę ſm alterum tantū differt. Et hoc dupliciter ſiue ordo idem ſit, ⁊ qualitas differens, vel econuerſo, qualitas eadem, ⁊ ordo differens. Hęc autem diuiſio priori diuiſioni contrario modo ſit. Nam illa cōmunitate aut differentia terminorum diuiſa faciensq3 quatuor coniugationes, aliam ex vtriſq3 terminis eiſdem, aliam ſcḋo ex vtriſq3 differentibus, ⁊ tertiam qua propoſitiones dicūtur cōmunicare altero, ⁊ altero differre, ⁊ hoc dupliciter, vel ſm ſubiectū, vel ſm pędicatum, tres quidem coniugationes habuit quę non ſimul ſtant. Vna autē ſola ſtetit quę habet propoſitiones vtriſq3 terminis conuenientes. At hic cum diuiſio fiat ſm ordinem terminorū ⁊ qualitatem, ⁊ rurſus factę ſint quatuor coniugationes, vna quidē habēs propoſitiones quę vtriſq3 conueniunt, quę itaq3 ibi ſola ſtabat, hic ſola inconſtans eſt, ⁊ quę ibi alię tres erant inconſtantes, hic conſtant, dico ſcilicet ea qua altero conuenire propoſitiones dicuntur, ⁊ altero differre, ⁊ hoc dupliciter, vel etiā ambobus differunt, ſi ergo propoſitiones conuerſę eundem ordinem terminoꝝ habent, ⁊ non eandem qualitatem, talis conuerſio dicitur contingens, quia in ſola materia contingenti conſtat, ceu aliquis homo lauatur, aliquis homo nō lauatur, aliquis homo ambulat, aliquis homo non ambulat. Nam ambę ſunt verę in ſola materia contingenti, ſi autem neq3 ordo terminorum, neq3 qualitas eadem fuerit, ſed differens, talis conuerſio per contrapoſitionem dicitur, quia cum qualitate etiam mutat ordinem terminorū, vt ſi homo animal eſt, nō animal non eſt nō homo, ſi ignis eſt ſiccus, non ſiccum, neq3 ignis, ſed ſi qualitas propoſitionum eadē fuerit, ⁊ ordo differens talis conuerſio ſimplex dicitur, quia circa ſimpliciſſimum eorum quę in propoſitione ſunt, ideſt circa terminos conuerſionē efficit, ceu omnis homo animal, aliquod animal homo de qua hic ſermonem facit, quam etiam diffinientes ſic dicimus. Simplex conuerſio eſt cōuenientia duarum propoſitionū ſimul verarum ſm ambos terminos manente eadē qualitate ſed ordine terminorum variato. Additur ꝙ ſimul vere ſint ob eam conuerſionem dictam quę habet eadem cum cōuerſione ſimplici pęter id qđ vel ambę falſę ſunt, vel altera propoſitionū, ceu omnis homo aial, ⁊ omne animal homo. Cęterū hęc diffinitio habet genus, hoc. ſ. conuenientiā duaꝝ propoſitionū ſm ambos terminos. Nā hoc ineſt oī cōuerſioni, reliqua ſcḋo ſunt differentię, quarū illa manente eadem qualitate ſeparat a conuerſione p cōtrapoſitionē. Illud aūt ordine terminoꝝ mutato diſtinguit a ɔuerſiōe ɔtingēti, q2 illa nō mutat ordinē, quāuis ēt p priorē diuiſ

ſeparetur

Conuerſio qd: & q̄ fiat:

Eadē 196 e, ⁊ quot modis dicat;—

Couerſio ſyllogiſmi—

aut


Simplex couerſio q.

ſeparetur, ⁊ diſtinguaꝝ ab eadem. Nam conuerſio contin gens ipſum quale ſeruat, aliq̃s homo lauatur, aliquis ho mo nõ lauatur. Vltimo dicitur illud ſimul verarũ ad di- ſeretũ aliquas cõuerſionis, vt diximus. ¶ Sed ingſitio- ne dignũ eſt cur nõ fecit mẽtionẽ de conuerſione ppoſitiõ ſingulariũ ⁊ indefinitaꝝ. ¶ Et ridemus qđ nõ fecit mẽ tionem de cõuerſione indefinitarũ, q̃ continẽtur in illis quę ſigno determinãtur. Nam vt dictũ eſt in libro de in- terpretatione aſſimilãtur, vel vniuerſalibus, vel particula- ribus, ſed de cõuerſione ſingulariũ mẽtionem non fecit, quia Phi doctrinam vniuerſaliũ exercent, ⁊ non ſingula- riũ q̃ ſunt infinita. His itaq̃ a nobis ante explicationẽ contextus prius dubitatis dignum eſt etiã dubitationes quę accidunt circa cõtextum diſſolui. Nam quidam quę- runt cur cum quatuor modi ſint, ceu in libro de interpre- tatione aſſumpſimus. ſ. cõtingens, neceſſarium, poſſibile ⁊ impoſſibile, hic omiſit poſſibile ⁊ impoſſibile, ⁊ adiecit ea quę ſunt de numero eoꝝ quę inſunt ⁊ adueniunt. Et ſi profecto ipſos ineſſe eſt modus, cur nõ mentionẽ fecit de ipſo in libro de interpretatione. Sunt nõnulli itaq̃ qui opi nãtes ipſũ ineſſe modũ eſſe nituntur idipſum ex tali diui- ſione probare, ad quam aiunt philoſophũ reſpicientem

Rerum

aliq̃ eodem modo ſemper ſe habent

aliq̃ aliter ⁊ aliter ⁊ fa ciunt contingens.




nunc doctrinam facere. Nam rerũ inquiunt aliq̃ ſemp eo dẽ mõ ſe habẽt, ⁊ aliq̃ aliter atq̃ aliter. Itẽ eaꝝ quę ſemp eodẽ modo ſe hñt, aliq̃ ſemper ſubſiſtunt vt cęleſtia, aliq̃ uero per accñs vt nigrũ in coruo, inquiũt ergo q̃ p neceſ- ſariũ modũ ſignificauit quę ſemp p ſe eodẽ modo ſe hñt, ⁊ per modum eſſendi ea quę ſemper eodẽ modo ſe habẽt per accidens. Et per cõtingẽs indicauit quę aliter ⁊ aliter ſe habent, qui etiã per alterã diuiſionem nitunt idẽ oſten dere, quę probabilior eſt, quãuis nec ipſa ſit oppoſituna ⁊ neceſſaria. Nam inquiũt res vel ſemper ſunt, vel aliqñ, vel eueniunt ſuntq̃ in actu, vel future ſunt. Ea igitur quę ſemper ſunt palam efficiũt modũ neceſſarium, ⁊ quę ali-

Rerum

vel ſemp ſunt ⁊ fa ciunt mo dũ neceſ ſarium.

vel aliqñ



vel exiſtũt ĩ actu ⁊ fa ciũt de in eſſe.

vel futura, ⁊ faciũt cõ tingens.

quando eueniunt faciunt de ineſſe, ⁊ quę futura eueniunt faciũt cõtingentẽ modũ. Quibus recte pulchreq̃ nõnul li cõtradicũt, quia hoc modo materias cũ modis in idem redigemus. Nam vos feciſtis diuiſionẽ modoꝝ ex natu ra rerum, qđ quidẽ eſt propriũ materię, modi autẽ nõ a natura rerum accipiuntur, ſed ex noſtra prolatione, qđ etiam ipſe indicat dicẽs ſm vnãquãq̃ allocutionem. Itẽ dicebatur in libro de interpretatione qđ modus a materia differt, quatenus materia ſimul apparet cũ rebus. Nã ſi dixero hõ volat, moꝝ apparet mã impoſſis, ⁊ in aliqs ma teriebus ſiſt, modus aũt ex nrã prolatione hꝫ eſſe. Nã qñ dixero cõtingit hominẽ nigrũ eſſe, quidẽ dico ppoſitio nẽ de modo cõtingenti, q̃ poſſibile eſt vt eadẽ ppoſitio ſit materię neceſſarię, ſed de modo cõtingẽti, ceu qñ dixe ro q̃ ſol cõtingenter mouet. Nam qđ ipſe moueat ex ne ceſſitate eſt, ⁊ modus cõtingens, ⁊ ecõtra fieri põt vt mo dus ſit neceſſarius, ⁊ mã ſit contingẽs, vt qñ dixero neceſ ſario Socrates lauat ⁊ in aliqs modis ⁊ materiebus idem euenire cõtingit, quare qui talia dicunt in idem redigunt mãs cuꝫ modis qđ eſt impoſſibile. Sed quidã ridẽt ad hoc dicẽtes qđ quę alicui inſunt, aut ſimplr ineſſe dicunꝫ ſine aliqua determinatione, ⁊ hęc dicunꝫ eſſe modi de in- eſſe, vel neceſſario inſunt, ⁊ hęc ſunt de modo neceſſario, vel cõtingenter, ⁊ hęc de modo contingẽtis, ⁊ ita in idem redigemus materias cuꝫ modis. Sed dicimus ad hoc qđ maxime fatuũ eſt dicere aliquid ineſſe cum modo de in- eſſe. Deinde ſi eſt modus de ineſſe, has duas facultates. ſ. eã de interpretatione ⁊ hanc demõſtrabimus imperfectas eſſe, qr nõ ibi fecit mẽtionẽ de modo de ineſſe, neq̃ hic de poſſibili ⁊ impoſſibili. Quid ergo nos dicimus ad ea quę dubitata ſunt. Dicimus qđ non fecit mẽtionẽ de im- poſſibili tanq̃ ipſius cõprehendẽs per neceſſarium. Nam idẽ eſt ei modo trĩ cõuerſo, qđ etiã ipſe in libro de inter- pretatione ſignificauit, dicẽs neceſſariũ eſſe idem impoſ- ſibili, dico trĩ cõtrario modo aſſignatũ, q̃ ad neceſſariũ eſſe ſeqtur impoſſe non eſſe. Nam ſi neceſſariũ eſt hoiem eſſe aial, certe eſt impoſſibile non eſſe, ⁊ ſi impoſſibile eſt eſſe, certe neceſſariũ eſt vt nõ ſit. Item p cõtingens conte- ntus eſt etiã poſſibile. Nã ꝓpter poſſibile in idẽ venit cum cõtingente. Nã q̃ cõtingit eſſe, hoc poſſibile eſt eſſe, ⁊ qđ eſt poſſibile non eſſe, hoc cõtingit nõ eſſe, quare nõ modo in libro de interpretatione mẽtionẽ fecit õ quatuor modis, ſed etiã in hoc libro. ¶ Sed nõnulli quęrunt cur profecto mentionẽ fecit de neceſſaria ⁊ nõ de impoſſi, ſig- deſ equiualẽt ʒrio modo aſſignatę ¶ Ridemus qđ mẽ tionẽ fecit de pñtentiore qđ eſt neceſſariũ. Nã neceſſariuꝫ inexiſtentiã ⁊ de ineſſe ſigꝫ, ſed impoſſibile priuationeꝫ, ſed inexiſtẽtia ineſſeq̃ ẽ pñtantior priuatione. Atqui de ineſſe inſtar materię modis ſubſternit. Nã ſi de ineſſe ſi- gnificat eſſe, ⁊ neceſſariũ ⁊ ptingẽs dicitꝫ eſſe, patet qđ hic modus exiſtẽdi reliquis ſubſternetur, ⁊ ſic nihil erit ſup- fluum, nec deficiens qđ Phs dixit. ¶ Item ad hos dicu mus qui ſic dicunt qđ ſi modus de ineſſe non accipimus, erit abſurdum. Equidem in hoc libro differit de propoſi tionum conuerſione quę confert ſibi ad ſermones de ſyl logiſmis, ſed de ꝓpoſitionibus ſine modo in hoc libro nullibi fecit mẽtionẽ, ⁊ ſyllogiſmi nõ ſolum ſunt cuꝫ mo do, ſed etiã ſine modo, patet igitur quod imperfecta erit tractatio de ſyllogiſmis, immo non ſolum hęc, ſed etiam facultas liberq̃ de interpretatione imperfectionis erit. Nã ibi nõ fecit mentionẽ de mõ de ineſſe. ¶ Dicimus ĝ qđ adiecit modũ de ineſſe indicãs ꝓpõnes ſine mõ. Nã ſic conſueuit appellare eſſe. Porro in libro de interpretatio- ne anteq̃ profecto de modo differeret, vel de ꝓpoſitione

vniuerſaliter aſſignaturus affirmationes ꝛ negationes q̄ cōtradictorię opponunt̃ ſic inquit Cum ꝟo ſit enūciare ipſum ineſſe vt nō ineſſe, ꝛ nō ineſſe velut ineſſe, ideſt, q̄a id qđ eſt poteſt enūciari vt non eſt, ꝛ id qđ non eſt vt eſt vbi accepit inexiſtens ineſſeq́ꝫ pro ente, quare oſtenſum eſt quod propoſitiones ſine modo ſignificauit per ipſuꝫ de ineſſe, ſiue ipſe habeant ipſum eſt actu ſiue potentia.

Queſiti,

℃ Sed ſi aliquis diceret, quod ibi differuit de omnibus propōnibus falſuꝫ dicit. Nam cum proceſſiſſet vlterius ꝛ perueniſſet vſq́ꝫ ad propoſitiones modales idem quęrit hoc modo dicendo. His autem determinatis deinceps conſiderandum eſt, quomodo ſe habent ꝑpoſitiones inter ſe alię nāq́ꝫ ſunt de poſſibili, alię de non poſſibili. Vñ ſi de omnibus dixit, non eſſet nunc opus agere de nōnullis propoſitionibus. Pręterea ſi non ita intelligemus accidet Philoſophū (vt iaꝫ diximus) vel in libro de interpretatione deficienter dixiſſe, vel hic ſuperfluo diſſerere de his. Et quod hęc, quę dicimus ſequātur intentioneꝫ eius, teſtantur hęc quę ipſe dicit. Sic enim inquit cum ꝟo omnis ꝓpō ſit ꝛc. lege vſq́ꝫ ad calcē huius contextus. Vnde ſi omnis (vt inquit) patet quod etiam ſi volebat prius aſſignare propoſitiones ſine modo, qđ nō dixiſſet, omnis.

Queſitum aliud

℃ Pręterea quęrenduꝫ eſt per quam cauſam tali ordine propoſitionuꝫ vſus eſt Ariſto. ꝛ prius ordinat vniuerſalem negatiuam, ſecundā autē ponit vniuerſalem affirmatiuam, ꝛ tertiam particularem affirmatiuam, ꝛ quartam particularem negatiuaꝫ. Et prius quęremus cuius gratia vniuerſalis negatiua ꝑponitur vniuerſali affirmatiuę cuꝫ hęc ſit illa pręſtantior.

Reſpoſio.

℃ Reſpondemus igitur qđ negatio non quatenus negatio pręhonoratur affirmationi, ſꝫ quatenus ipſa ad ſeipſam cōuertitur vniuerſalis, aut affirmatiua non amplius cōuertitur in ſeipſaꝫ, ſed ad particularē affirmationi. Atqui ſi hoc veruꝫ eſt, cur particularis affirmatiua cum in ſeipſaꝫ conuertat̃ non ꝑpoſita eſt vniuerſali affirmatiuę ꝛ non ꝯuertitur in ſeipſam. Dicemus ꝙ etſi particularis affirmatiua in ſeipſaꝫ conuertat̃, tamē ꝓpter vniuerſalē altera ꝑhonoratur, poſtremo autē omnium ponitur particularis negatiua, merito qꝛ ipſa nō cōuertitur ad aliquam definitę. Verum phūs per exempla oſtendit conuerſiones propoſitionuꝫ, ꝛ tunc per vniuerſales demonſtrationes cum dicit, omnis propoſitio eſt. Hic omnis propoſitionis ſpeciem tradidit, ꝛ conſiderandum eſt hoc modo ſunt inquā modi tres neceſſariū, contingens dicat̃ quoq́ꝫ ad declarationē ꝛ modus exiſtendi. Nam impoſſibile cōtinet̃ in neceſſario ꝛ poſſibile cōtingenti, exiſtētibus igitur tribus modis qui ſi multiplicant̃ ſm affirmationem ꝛ negationē fiunt omnes ſex, qui multiplicati ſm quātitatem vniuerſale particulare indefinitū faciunt omnes ſpecies propoſitionis deceꝫ ꝛ octo, tot igitur ſunt ſpecies propoſitionum/neq́ꝫ plures/neq́ꝫ pauciores, dixit autem ſm vnāquāq́ꝫ additionem pro hoc ſm vnamquāq́ꝫ additionem modi.

℃ Uniuerſaliter quidem priuatiuam in eo qđ eſt ineſſe terminis conuertere neceſſe eſt. Si nulla voluptas bonum, neq́ꝫ bonum nullum erit voluptas.

℃ Vniuerſalem negatiuam de ineſſe ſignificat neceſſario conuerti in terminis per ſimplicem conuerſioneꝫ, nam hęc ſola in terminis conuertitur.

℃ Pręedicatiuam autem conuertere quidem neceſſarium, non tamen vniuerſaliter, ſed in parte, vt ſi omnis voluptas bonum, ꝛ bonuꝫ aliquod eſſe voluptatem. Earum ꝟo quę in parte/prędicatiuam quidem conuertere neceſſe eſt ſm partem, ſi enim voluptas aliqua bonum/ꝛ bonum aliquod erit voluptas, priuatiuam autem non neceſſarium, non enim ſi homo non ineſt alicui animali, ꝛ animal non inerit alicui homini.

℃ Secundū ſolitam ſibi breuitateꝫ volēs indicare vniuerſalem affirmatiuam de ineſſe cōmunia omittens quę habebat negatiue proprium ſolum adiecit. l. affirmatiuū.

℃ Primum itaq́ꝫ ſit priuatiua vniuerſaliter a/b/ꝑpoſitio. Si enim nulli a/ipſum eoruꝫ quę ſunt b/ineſt, ꝛ b/inerit nulli eorum quę a.

℃ Cum oſtendiſſet quomodo vnaquęq́ꝫ propoſitionum conuertitur per exempla, ne quis putet ꝓpter materiam aſſumptas fuiſſe propoſitiones, velut ꝓpter aliquid aliarum ſibi accōmodare ſermonem de conuerſionibus, immanifeſtum autem eſt nūquid omnino eſſent aliqua exēpla in quibus dictę conuerſiones locuꝫ non haberent, propter hoc hic vniuerſale a regulas tradit aſſumens elementa pro terminis, vt vnuſquiſq́ꝫ qualem materiam voluerit pro elementis aſſumat oſtenſa ratione vniuerſaliter ꝛ immaterialiter in elementis. Nam vniuerſaleꝫ orationē cōfutat vnum exemplum, vt iam dictum eſt, probat autem eam diſcurſus tranſituſq́ꝫ per omnia particularia, qđ quidem eſt infinitum ꝛ impoſſibile. Vel per vniuerſaleꝫ regulam ſidei quaꝫ nunc facit per elementa dans vnicuiq́ꝫ licentiam, vt dictum eſt vti ꝛ ſubijcere quācunq́ꝫ materiā pro elementis quales velit. Si igitur nulli b/a/inerit, neq́ꝫ nulli a/inerit b, ſi enim pro a/accipiamus volatile, ꝛ pro b/hominē inueniemus ꝙ vt volatile nulli homini ineſt, ſic econuerſo nullus homo volatili ineſt. Quando autē facit vnūquodq́ꝫ elementorum ſubiectuꝫ ex determinatione cognoſcemus, nam cui determinatio additur, hoc eſt ſubiectum illud ꝟo alterum ꝙ ſit ꝑdicatum conſtet.

℃ Nam ſi alicui vt c/non verum erit quod dicitur nulli ipſum a/eorum quę b/ineſſe, c/eniꝫ ex his quę b/ſunt, eſt.

℃ Directe exercens rationem ſm ſuppoſitionem accipit ꝛ vtitur deductione ad impoſſibile virtute dignitate contradictionis, naꝫ ſcimus ꝙ in oppoſitis contradictorię ꝙ fugeret negationem hoc inueniretur in affirmatione. Si igitur inquit concederet aliquis ad vniuerſalem negatiuam fieri conuerſionem, ideſt per ſeipſam neceſſe eſt omnino ꝛ in omni ad particularem affirmatiuam fieri conuerſionem, ſic a/nulli b/ineſt, dico inquit ꝙ etiam econuerſo, neq́ꝫ b/nulli a/inerit. ℃ Si enim hoc inquit falſum eſt, cōſtat verum eſſe, ꝙ oppoſituꝫ contradictorię ipſi eſt illud aliquid. Eſto igitur inquit b/alicui a/ineſſe ſupponat̃, igitur inquit partem ipſius a/cui ineſt b/ꝛ ipſius b/eſſe g/ſit autem o/igitur g/eſt cōmunis pars ipſius a/ꝛ ipſius b/ipſius quidem b/quia de ipſo prędicatur, nam prędicatum contentiuuꝫ eſt illius de quo prędicatur, ꝛ contentum eſt pars continentis, vt homo eſt pars animalis, naꝫ animal de homine prędicatur ꝛ continet ipſum. ſi autem hoc ipſum eſt pars ipſius a/quoniam ſuppoſitio hoc conceſſit. ℃ Qꝛ b/ineſt pars ipſius a/ſi igit̃ g/eſt pars ipſius a/ꝛ ipſius b/continet̃ ęquidē g/pars velut a toto ꝛ ab ipſo a/ꝓpter idem igitur prędicabitur a/de g/ꝙ eſt pars ipſius b/ꝛ ſuppoſitum erat a principio nulli b/a/ineſſe. igitur

eidem

Cur elementa ꝛ exēpla nō poſuit.

eidem ⁊ nulli alicui quod quidem abſurdum eſt. Vt au-tem hęc ratio fiat clarior in materia dicamus ſi̇c animal nulli lapidi ineſt, dico etiam quod lapis nulli anima-li ineſt, alioquin ſi hoc falſum eſt, verum erit ꝙ omnino alicui animali ineſt lapis. Eſto igitur pars animalis vt equus cui inſi̇t lapis vt verum ſit equum lapidem eſſe, ſi igitur aliquod animal eſt lapis, ceu equus ⁊ lapis ipſe eſt aliquod animal, at dicebatur nullum animal eſſe lapi-dem, igitur ⁊ nullum animal eſt lapis, ⁊ aliquod animal eſt lapis q̄ꝺquidem abſurdum eſt, ſic igitur Ariſto. oſten-dit vniuerſalem propoſitionem negatiuam ad ſeipſaꝫ cō-uerti. Verum ſocij Ariſtote. vt Theophraſtus, ⁊ Eude-mus clarius, ⁊ Simplicius hoc probant. Nam inquiunt ꝙ ſi a, de nullo b, eſt profecto ab omnibus partibus eius ſeparatum eſt, quod autem ſeparatum eſt a ſeparato ſepa-ratum eſt, quare ⁊ b, nulli a, inerit, nam ſeparatum eſt de numero eorum quę ſunt ad aliquid, ſeparatum enim eſt alicuius ſeparatum, q̄ autem ad aliquid ſunt ad conuer-tentiam dicuntur, merito igitur ⁊ b, nulli a, ineſt accipiūt autem quidam conuerſioneꝫ tanquam non veram ⁊ per exempla nituntur refellere rationem ſic dicentes nullus paries eſt in trabe, hoc verum eſt nō ne inquiunt ⁊ cōuer-tentes recte enūciamus nullus trabes eſt in pariete, tamē hoc falſum eſt. Item nulla cucurbita gladiuꝫ ſcindit, hoc iterum verum eſt. Conuerſio autem non eſt vera vt nul-lus gladius cucurbitam ſcindit, item nullus vas eſt in vi-no. Conuerſa autē non eſt vera nullum vinum eſt in va-ſe. Reſpondemus igitur ad hęc ꝙ ſic ſane fecerimus ⁊ in his conuerſionem conuertentes totum pręedicatum inue-niemus, ⁊ in his veram eſſe rationem. Nam accidit para-logiſmus quando non totum pręedicatuꝫ in conuerſione facimus ſubiectum, nam ſi totum ipſum conuerterimus inuenietur ſana bonaq; conuerſio, quale igitur eſt ſubie-ctum ⁊ quale eſt pręedicatū in oratione dicente nullus pa-ries eſt in trabe, ſubiectum quidem eſt paries, pręedicatuꝫ autē eſt in trabe ens, hoc igitur totum in conuerſione fa-ciemus ſubiectum nihil in trabe ens paries eſt, ⁊ ſic ora-tio eſt vera, ſimiliter ⁊ in alijs nulla cucurbita gladium ſcindit pręedicatur gladium ſcindit, conuertentes igiť hoc modo dicemus nullum gladiuꝫ ſcindens cucurbita, eſt ⁊ in reliquis, ſimiliter nullum vas in vino eſt, nullum in vi-no ens vas eſt. Dubitant autem quidam contra demon-ſtrationem Ariſto. de conuerſione vniuerſalis negatiue primum quia vtebatur particulari affirmatiua deductio-ne ad abſurdum tanquam cōuertatur in ſeipſam cum hoc nondum ſit demonſtratuꝫ Nam inquit ſi enim in aliquo ipſius a, eſt b, ceu in g, non erit verum nulli b, a, ineſſe, nam g, eſt aliquid b, cui ineſt a. Secundo autem quia vte-batur demonſtratione circulari, nam ſi in demonſtratio-ne vniuerſalis negatiue vtitur particulari affirmatiua, ⁊ in demōſtratione particularis affirmatiue vtitur vniuer-ſali negatiua, patet ꝙ demonſtratio eſt circularis. Item tertio quia vtitur deductione ad impoſſibile cuꝫ nihil de ipſa nos hactenus diſſeruim⁹. Dicim⁹ igiť ꝑ ad vltimū ꝙ non eſt mirum ſi prius non docuerit nos deductionē ad impoſſibile ⁊ vtatur ipſa, quoniam etiam geometre ſepe numero vtentes ipſa in theorematibus nihil de ipſa do-cent. Nam nobis ſufficiunt conceptiones quas habemus de ipſa naturaliter cum ⁊ in cōſuetudine ſępe natura vta-mur eadem. Item ad dicentes ꝙ in demonſtratione vni-uerſalis negatiue vtebatur particulari affirmatiua tanq̄ conuertente cum nonduꝫ hoc docuerit, illud dicimus ꝙ non vtebatur illa vt cōceſſa, ſed vtebatur demonſtratio-ne per expoſitionem, ideſt oſtenſione per ſingularia, naꝫ non dixit ſic, ſi enim alicui a, b, ⁊ a, alicui b, ſed hoc mo-do, ſi enim alicui b, a, ⁊ b, g, quare vtebatur demonſtra-tione per inductionem, quo ſoluto ſolutum eſt ⁊ reliquū. non enim vtebatur demonſtratione circulari, nam parti-cularem affirmatiuam vel vniuerſalem negatiuam oſten-dit, tanquā conceſſam eo ꝙ prius docuit ipſaꝫ, vniuerſa-lem autē negatiuam non amplius per particularem affir-matiuam demonſtrabit. Nam quomodo fecit hoc igno-rantibus nobis, ſi prorſus particularis affirmatiua con-uertatur ad ſeipſam, ſed vt dictum eſt vtebatur demon-ſtratione ſm̄ expoſitionem.

¶ Si vero omni a, ipſum eorum quę ſub b, ⁊ b, alicui eorum quę a, inerit, nam ſi nulli ⁊ a, eorum quę b, nulli inerit, verum ſuppoſitum fuerat omni ineſſe. Conſimiliter autem ⁊ ſi propoſitio ſm̄ partem ſit.

¶ Cum demonſtraſſet conuerſionem vniuerſalis negati-ue non conſequenter accedit ad vniuerſalem affirmatiuā ⁊ oſtendit ipſam non conuerti in ſeipſam, ſed ad particu-larem affirmatiuam ⁊ inquit, ſi omne b, a, ineſt, ⁊ b, alicui a, deinde ex dignitate contradictionis rurſus oſtēdit de-ductione ad abſurduꝫ, ſic ſe habente conuerſione, ſi eniꝫ non alicui ineſt, patet ꝙ nulli a, b, inerit, ſi autem nulli a, b, ineſt, neq; a, nulli b, inerit. Nam oſtenſum eſt vniuerſa-lem negatiuam in ſeipſam conuerti ſuppoſituꝫ nāq; erat ⁊ omni a, b, ineſſe, idem igitur ⁊ omni ⁊ nulli ineſt, quod quidem abſurdum eſt. Sint in exemplo termini animal ⁊ homo, ſi animal de omni homine dicitur, ⁊ homo ali-cui animali inerit, ſi enim hoc falſum eſt, verum erit op-poſitum contradictorię, ſcilicet igitur homo nulli ani-mali ineſt ⁊ demonſtratum eſt ipſam conuerti in ſeipſaꝫ, igitur ⁊ animal nullī homini inerit, erat auteꝫ ⁊ omni, igi-tur idem inerit omni ⁊ nulli. Nituntur rurſus ⁊ hanc con-uerſioneꝫ per exempla refellere dicentes, hoc modo om-nis ſenex iuuenis erat prius, hoc verum eſt, igitur hoc ve-ruꝫ eſt ⁊ conuertētes dicere aliquis iuuenis ſenex erat in quo nullo pacto eſt verum. Item omnis vxor prius erat virgo, ſed cōuerſio non eſt vera, aliqua virgo vxor erat. Sed idem dicendum eſt ad hoc ꝙ etiā ad alios diximus. nam conuertentes totum pręedicatum recte conuerſionē faciemus, igitur in propoſitione dicente omnis ſenex iu-uenis erat ſubiectum eſt ſenex habens quo exiſtens ipſū pręſens tempus. naꝫ dicimus ꝙ omnis ſenex exiſtens in pręſenti tempore, pręedicatum autem eſt iuuenis cuꝫ tem-pore pręterito. nam pręedicatum eſt iuuenis erat (ſic igiť) faciemus conuerſionem ſeruantes terminos cum eodeꝫ tempore omnis iuuenis exiſtens prius ſenex eſt, ⁊ omnis virgo exiſtens prius vxor eſt.

¶ Si enim a, alicui eoruꝫ quę b, ⁊ b, alicui eo-rum quę a, neceſſe eſt ineſſe, nam ſi nulli ⁊ a, nulli eorum quę b.

¶ De particulari affirmatiua dicit quam volens proba-re ꝙ conuertatur ad ſeipſam vtitur rurſus vniuerſa-le negatiua ad abſurdum deducens rationem, ſicut iam docuit ipſam conuerti in ſeipſam, ſint autem termini, exē-pli cauſa homo ⁊ alboꝫ (ſi igitur) homo alicui albo ineſt ⁊ album alicui homini ineſt, ſi enim hoc falſum eſt, verū erit nulli homini album ineſt, igitur ⁊ homo nulli albo ineſt, nam conuertitur in ſeipſam, vt demonſtratum eſt, ſed erat ⁊ alicui igitur idem, ⁊ alicui ⁊ nulli inerit, quod quidem abſurdum eſt, hoc igitur modo particularis af-

firmatiua ſemper conuertitur in ſeipſas. Q͞d ſi aliquādo conuertatur ad vniuerſalē hoc non ſm̄ ſe patitur, ſed ꝑꝑ aſſumptam materiā, ceu homo alicui animali ineſt ⁊ animal omni homini inerit.

¶ Si autem a/ alicui eorum quę b/non inſit, non neceſſe ⁊ b/alicui eorū quę a/non ineſſe, vt ſi b/quidem eſt animal, a/vero homo, homo quidem enim non omni animali, animal autē omni homini ineſt.

¶ Hic particularē priuatiuam inquirit ⁊ inquit, ꝙ ad nullā ipſa ↄuertitur, ⁊ hoc fit, qꝛ ad nullā determinate ↄ̄uertitur, neqꝫ quia ↄ̄uertatur vel ad ſeipſam vel ad aliā in omni materia hoc facit. Nā in materia ↄ̄tingenti ad ſeipſam ↄ̄uertitur ⁊ ad particularē affirmatiuam, ceu non omnis homo albus/⁊ non omne album homo, ſed etiā aliquod album homo, in materia autē neceſſaria ad vniuerſalē affirmatiuam facit conuerſionē. Nam omne animal homo, ⁊ omnis homo animal. Itē in materia impoſſibili ad vniuerſalē negatiuam conuertit̄, non omnis lapis volatilis, nullū volatile lapis. Verū non omnis quomodo dicat̄ de talibus in libro de interpretatione dictū eſt. nam non omnis lapis volatilis dicitur ad deſtructionē huius ſcilicet omnis. nam cū illa dicat omnis lapis volatilis hęc inquit ꝙ falſū eſt illud omnis ⁊ tollit ipſum ꝑ particulam negatiuam, tamen non amplius illud aliquis infert ꝑpter hoc dico ſcilicet in determinationē eius inquit ipſam in nullam ↄ̄uerti. Nā ſi non facit conuerſionē ad definitā, ⁊ in omni materia non dicitur ↄ̄uerti, qꝛ doctrina philoſophorū eſt ſcientifica, ⁊ ſcientię eſt vniuerſaliorū ⁊ non particulariorum.

¶ CAPVT TERTIVM.

EOdēm tam modo ſe habebit ⁊ in neceſſarijs propoſitionibus, vniuerſalis enim negatiua vniuerſaliter conuertitur, affirmatiuarum vero vtraqꝫ ſm̄ partem.

¶ Hoc inquit quia neceſſarię ꝓpoſitiones eodem modo ↄ̄uertuntur, ſicut illę de ineſſe quo igitur differūt. Eo ꝙ ꝓpoſitio de ineſſe ſibimet ſufficit ad prolationem ceu Socrates eſt, ſꝫ neceſſaria indiget illa ceu Socrates ex neceſſitate eſt. Porro ⁊ hoc eſt cauſa ꝙ pꝛępoſitio de ineſſe ꝑordinetur neceſſarię tanq̄ ſimplicior ⁊ tertio loco ſit ↄ̄tingens eo ꝙ circa futurum tempus verſatur.

¶ Si enim neceſſe eſt a/eorꝫ quę b/nulli ineſſe, neceſſe ⁊ b/eorꝫ quę a/nulli ineſſe, ſi eniꝫ alicui ↄ̄tingit, ⁊ a/eorꝫ quę b/alicui contingeret.

¶ Cū huc acceſſimus opꝫ nos quęrere, cuius gratia in libro de interꝑtatione non meminit Ariſto. harū pꝛępoſitionū dico, ſcilicet huius neceſſario nulli ineſſe, ⁊ huius neceſſario omni eſſe, ⁊ huius ↄ̄tingit omni eſſe ſimiliter ⁊ particulariū, ſed ibi tanq̄ de indeterminatis ⁊ ſolū facit ſermonē dicēdo, vt poſſibile eſſe, contingens eſſe, nō neceſſarium eſſe, poſſibile non eſſe ⁊ deſcēdens vbi opus erat inquirebat q̄uo vna inferebat alterā, tanq̄ de indeterminatis ibi diſſeruerit, impoſſibile igitur ⁊ nō impoſſibile ex contingenti ⁊ poſſibili ⁊ non ↄ̄tingenti ſequit̄, ſed in hac ꝓpoſita tractatione tanq̄ de determinatis ꝓpoſitionibus quę ſunt cum modo diſputat. ¶ Opꝫ autē rurſus ⁊ hoc quęrere q̄uo ꝓpoſitiōes quas in libro de interꝑtatione affirmationes dixit hic pro negationibꝰ aſſumit. nā neceſſe eſt non eſſe, ⁊ ↄ̄tingit non eſſe affirmationes eſſe dicens in libro de interꝑtatione, vbi inquit eſt ⁊ non eſt ſi fuerit pꝛędicatū ſtatim affirmationē facit, nūc eaſdem aſſerit negationes eſſe, nam volens demonſtrare vl'em negatiuā de modo neceſſario ⁊ ↄ̄tingenti conuerti eiſdē vtebatur, quas vt dixi affirmationes in libro de interꝑtatione Ariſto. inquit. ¶ Itē quęrimus ⁊ hoc cur neceſſarię vl'i negatiue ꝓpoſitioni non oppoſuit particularē neceſſariā affirmatiuā ſed contingentē, nam dicendo ſi enim neceſſe eſt a/b/ nulli ineſſe neceſſe eſt, ⁊ b/nulli a/ ineſſe, deinde volens vti deductione ad abſurdū ſubiunxit. Si eniꝫ alicui contingit, ⁊ non dixit, ſi enim alicui neceſſe eſt. ¶ Pręterea quęrendū eſt q̄uo vtebatur particulari affirmatiua contingēti tanq̄ conuerſa cuꝫ nondū docuerit ipſam. Dicimus igit̄ ad hęc ⁊ prius ad priorē dubitationē dicentē cur in libro de interꝑtatione de his pꝛępoſitionibus tanquā de indeterminatis diſſeruerit, ⁊ hic tanq̄ de determinatis. Dico igit̄ ꝙ in libro de interꝑtatione tanq̄ multę obſcuritati ⁊ breuitati addictus, ⁊ volens plura in paucis ⁊ obſcuris circūuoluere, hoc fecit ↄ̄uertens nos ad ſubaudienda reliqua. Nam prius docuit de determinationibus, deinde procedēs ad doctrinam propoſitionum modalium tanq̄ determinatis ipſis diſſerere ſuperfluum eſſe putauit nihil plus habens de determinationibus dicere, ſed ſimpliciter de ipſis, vt modalibus diſputat, hic autē diſputaturus de generatione ſyllogiſmi non putauit ex his hoc faciendā eſſe, ne quis ipſum ſuſpicetur reuera de indeterminatis loqui ⁊ ſolū, ⁊ quia ex determinationibus ↄ̄ſequenter ↄ̄cluduntur ↄcluſiones, nam ſi ſine vniuerſali pꝛępoſitione ſiue diſputat non fit figura, ſed particulari determinatione in propoſitionibꝰ aſſumpta, ⁊ concluſio particularis concluditur, ⁊ in reliquis ſimiliter, igitur neceſſario non indeterminatis ſolū ſed etiam tanq̄ de determinatis ꝓpoſitionibus modalibus diſputat, ſic igitur primā dubitationē explodimus. Reliquum opportunum eſt ad alterā quęſtionem proficiſci dicentē cur affirmationes hic aſſumit pro negationibus quidā reſpōdentes ad hoc dicunt ꝙ aliud eſt neceſſaria negatio/⁊ aliud negatio neceſſitatis. Nā negatio eſt neceſſitatis quę tollit dūtaxat modum. Ceu non neceſſariū eſt hominē album eſſe, ſed neceſſaria eſt negatio quę non ſolum modū, ſed etiam totā pꝛępoſitionem aufert. Ceu neceſſe eſt hominē non eſſe album. In libro igitur de interpretatione aiunt Ariſtote. tradidiſſe nobis negationē neceſſitatis, hic autē neceſſariā negationē. Sed hoc theorema famoſum eſt non ſufficiens dubitationem noſtram euacuare. Nam iterum quęremus nihil minus cur in libro de interpretatione non tradidit negationē neceſſariam vel hic de negatione neceſſaria, vtraqꝫ enim hoc modo imꝑfecta eſſe tractatio, quid igitur nos dicimus quia oppoſitiones neceſſariarum propoſitionum dupliciter eſt accipere. Nam oppoſite propoſitiones aſſumuntur, vel tāquam auferentes, dūtaxat modum vel vt totā propoſitionē, videlicet dicenti neceſſe eſt omni opponitur velut ſm̄ ea quę nobis tradita ſunt in libro de interpretatione vel non neceſſe eſt omni quę non totam pꝛępoſitionem ſuſtulit, ſed ſolum neceſſarium modū. Cur enim inquit ꝙ male dixit affirmatio, quia ex neceſſitate omni: Ego enim dico ꝙ non ex neceſſitate omni ⁊ auferens, dūtaxat tantum ꝙ non ex neceſſitate reliquum nobis indefinitum relinquit. Nam quomodo ineſt omni: Dico ſcilicet ſm̄ qualem modum: vel ſi neqꝫ vniuerſaliter ineſt omni non amplius adiecit, hęc igitur eſt vna oppoſitio neceſſarię vniuerſalis affirmatię ſm̄ ea quę

tradita

tradita ſunt in libro de interpretatione, altera ꝟo oppoſitio eſt quę hic nobis traditur, ſed quoniam vniuerſalis neceſſarię affirmatiuę propoſitionis eſt quantitas vniuerſalis, & qualitas affirmatiuum & modus neceſſarius, ꝓprię oppoſita huic erit illa quę ſm omnia eidem contradicitur. ſ. ſm qualitatem/quantitatem/ & modũ, quare exiſtente hac vniuerſali illa erit particularis eſt eadem exiſtente affirmatiua & neceſſaria illa erit negatiua & contingens, vniuerſaliter igitur dicimus ꝙ ſi volumus accipere oppoſitam ſm omnia alicui ꝑpoſitioni oportet opponere quantum quanto, & quale quali, & moduꝫ modo, quare vt breuiter dicamus opponitur huic neceſſe eſt, omni ſm ea quę dicta ſunt in libro de interpretatiõe illa nõ neceſſe eſt omni, vt autem ſm ea quę hic dicũtur, opponitur hęc contingit non omni & rurſus huic neceſſe eſt alicui vt in libro de interpretatione dicitur non neceſſe eſt alicui, ſed ſm ea quę hic dicantur opponitur hoc contingit nulli, quid igitur dicimus? quia hoc mõ erunt quo pacto iniuſta erit natura quod duo vni fecit ꝯtraria. Veruꝫ hęc duo non ſunt contraria vni veluti pugnantia inter ſe, ſed tãq̃ ęquiualentia. Nam huic propoſitioni non neceſſe eſt omni, ęquiualet hęc contingit non omni. Naꝫ quod non neceſſe eſt omni, idem contingit nõ omni, ceu ſi non neceſſe eſt omni homini albũ ineſſe, contingit nõ omni homini ineſſe. Rurſus huic propoſitioni non neceſſe eſt alicui ineſſe, ęquiualet hęc contingit nulli ineſſe. Nam ſi lotuꝫ eſſe non neceſſario ineſt alicui homini, cõtingit nulli homini ineſſe, quod ſimiliter in aliis etiam oſtendere poſſumus, quare duo contrarię vni tãq̃ ęquiualentes inter ſe poſſunt eſſe. Itaq; conſiderandum eſt quomõ cunctę propoſitiones quę aſſignatę ſunt in libro de interpretatiõe, hoc in loco per hęc traditę ſint, vt neuter librorum mancus videatur quo ad iſtas propoſitiones, quarum vna alteri viciſſim ęquiualet. Nam particulari propoſitioni affirmatiuę contingenti opponitur, vt dictum eſt in libro de interpretatione, propoſitio particularis negatiua contingens, ceu non cõtingit alicui, quę ęquiualet huic neceſſe eſt nulli, quę quantitate, qualitate, modo opponitur particulari. ſ. alicui, quo liquet vt vniuerſalis neceſſaria negatiua hoc modo opponatur, itaq; pulchre hoc in loco eam aſſumit tãq̃ negatiuam, quę & ſi figura ſit affirmatiua, tamen vim habet negationis, vt etiam deinceps ipſum audiemus. Nam ſi haberet viꝫ affirmationis non repugnaret prorſus huic contigit alicui quę eſt affirmatiua. Similiter etiam de reliquis dicemus.

Quæritur Si ergo ęquiualent illę propoſitiones quę a nobis illic traditę ſunt, & hic negationes, cur ibi ſaltem non fecit mẽtionem de his propoſitionibus quę hic traduntur veluti negationes, vel cur de his, quas hoc in loco memorat, ibi mentionem non fecit. Solutio Reſpondemus quod in libro de interꝑtatione vno ſermone cupiens afferre negationes oppoſitas affirmationibꝰ, dixit quod oportebat modo adducere negationeꝫ, & facere ex ipſis affirmationibꝰ ipſas negationes quę repugnent ipſis; quod quidem fecit, quia in materia contingenti negationes ęquiualẽt affirmationibus quoties nõ fuerit negatio addita modo. Nã contingit omnem hominem abire, & contingit nullũ hominem abire, quę ambę verę ſunt & minime vna alteri viciſſim contradicit, itaq; ibi ob hanc cauſam ſic fecit ex affirmationibus negationes, vt traderet iuxta vnumquemq; modum propoſitiones, quę opponuntur contradictorię, ſed hic quia de cõuerſione diſſerit quę plurimũ confert ad ſermones de ſyllogiſmo, & in ſyllogiſmis opꝫ definitas concluſiones cõcludi, & negationes in libro de interꝑtatione indefinitę fuerunt. Nam in aliquibus auferebat modum neceſſarium, & in aliis nullum modũ determinate introducebat, ceu propoſitio quę dicit nõ neceſſe eſt omni, vbi tollitur modus neceſſitatis. Nam inquit. quod non eſt verum ex neceſſitate omni ineſſe, & nihil definite introducit, neq; enim ſignificat an contingẽter inſit, neq; de ineſſe, neq; an vniuerſaliter inſit, ſed ſolum ſuſtulit moduꝫ, ſed hic tradita eſt negatio hęc neceſſe eſt nulli quę definite totam deſtruit propoſitioneꝫ dicẽtem neceſſe eſt omni. Quoniam igitur cum ſint definitę determinatęq; propoſitiones, & ex determinatis propoſitionibus inferatur concluſio, & ex indefinitis indefinita incertaq; concluſio, & oportet ſyllogiſmos (vt diximus) concludere determinatas certaſq; cõcluſiones, ob id eiuſmodi propoſitionibus hoc in loco vſus eſt. Quo ſoluto tertia quoq; dubitatio de medio tollitur, quę percunctabatur cur vtendo Ariſto. deductione ad impoſſibile fecit oppoſitam particularem affirmatiuam contingentem neceſſarię vniuerſali, negatiuę, & non neceſſariaꝫ particularem affirmatiuam, & quę neceſſitas eſſet, vt per contingentem demonſtraretur neceſſaria. Vnde cauſa liquet ex dictis. Nam poſtq̃ dixit quod vniuerſalis negatiua neceſſaria conuertitur in ſeipſa, deinde hoc cum velit oſtẽdere inductiõe ad impoſſibile, merito ſupponit ꝓpoſitionem quę ſit oppoſita ei ſm modũ, quantitateꝫ et qualitatem, & hoc modo oſtẽdit aliquod abſurdũ ſeq;, vt hunc in modum de illa fidem faciat. Ceteruꝫ ad reliquã dubitationem dico. ſ. eam in qua quęrebatur quomodo Ariſt. vtebatur particulari contingenti affirmatiua tãq̃ conuertente, cum nodum hoc ſit demonſtratum. Nã dixit. ſi enim alicui contingit, & a/alicui b/contingeret. Dicimus ꝙ ipſe definiendo contingens hunc in modum dicit. Contingens eſt id quo poſito cum non ſit neceſſarium, nullum impoſſibile ſequitur. Contingẽt ꝙ ſit: Si ergo hęc eſt diffinitio contingentis, ſi contingens acceperimus tãq̃ euenisſe, non eſt amplius cõtingens, ſed ineſt, ſi ergo ſupponamus contingentem particularem affirmatiuã ad actũ venire, tum fit de ineſſe, & minime contingens, & particularis affirmatiua de ineſſe oſtenſa eſt cõuerti in ſeipſaꝫ, itaq; etiam particularis contingens affirmatiua tranſmutatur in propoſitionem de ineſſe, ſi conuerteretur in ſeipſam. At hęc ſuppoſitio quãuis vera nõ ſit, dico ſcꝫ conceſſo quod contingens exeat ad eſſe, tamen non eſt impoſſibilis. Nam propoſitio prorſus impoſſibilis eſt omnino falſa, ſed non ea quę eſt falſa eſt prorſus impoſſibilis, ceu impoſſibile eſt hominem habere alas, quod etiã falſum eſt, ſed Socratem męchari falſum eſt ſed nõ impoſſibile, quare quãuis ſuppoſitio illa falſa ſit, quę dicit conceſſo ꝙ contingens fiat, tamen non eſt impoſſibilis. Eſt ergo ratio talis vt a principio repetã. a/nulli b/ex neceſſitate inſit, dico etiaꝫ ꝙ b/ex neceſſitate nulli a/inerit, alioquin ſi hoc falſum erit, certe oppoſitum ſaltem verum erit, dico. ſ. contingit alicui a/ipſum b/ineſſe, ſed cum contingens id ſit quo poſito cum non ſit neceſſarium, nullũ ſequitur impoſſibile, itaq; detur vt contingens exeat ad actum & ſit, profecto nullum ſequitur impoſſibile ſiquidem vera ſit ſuppoſitio. Sed quoniam ꝯtingens poſtq̃ exit ad eſſe, non remanet contingens ſꝫ fit de ineſſe, itaq; b/inſit alicui a. ſed demonſtratum eſt quod ipſe particularis affirmatiua de ineſſe conuertitur in ſeipſaꝫ, itaq; a/etiam inerit alicui b. Sed ſupponatur nulli ex neceſſitate ineſſe, itaq; idem alicui & nulli ex neceſſitate inerit, qđ ſane fieri nequit, itaq; hęc impoſſibile ſequebatur, quia ſuppoſitum erat hoc contingit alicui, itaq; non eſt falſuꝫ & cum nõdũ ex vero ſequitur impoſſibile, ſi ergo falſum contingit alicui, itaq; verum eſt oppoſitum, dico. ſ. neceſ-

aut

ſe eſt nulli, itaq; oſtenſum eſt quod vniuerſalis neceſſaria negatiua in ſeipſam conuertitur, quod quidē demonſtrandum erat. Hoc itaq; modo dubitationes perſolute ſunt hoc in loco. Reliquū eſt, vt cętera ꝯſideremus.

¶ Sin autem ex neceſſitate a/omni vel alicui eorum, quę b/ineſt, & b/alicui eoꝝ quę a/neceſſe eſt ineſſe.

¶ Eodem ordine rurſus Ariſto. vtitur quo vſus eſt in ꝓpoſitionibus de ineſſe. Porro oſtēdit vīcꝫ negatiuā in ſe ipſam conuerti, & deinceps oſtendit vniuerſales affirmatiuam & particularem vtraq; breuitati addictus, proinde hic ſimul oſtendit affirmatiuas .ſ. vniuerſalem & particularem in particularem conuerti.

¶ Si enim non neceſſe, neq; a/alicui eorum, q̄ b, ineſſet vtiq; ex neceſſitate.

¶ Quo ad hęc verba varia eſt ſcriptura. Equidē nōnulla exemplaria ſic ſe habent. Nā ſi contingit nulli. verū tamen exactius exemplar ſic ſe habet. Nā ſi non neceſſe &c. Si ergo prior ſcriptura accipitur dicimus qd̄ Ariſt. oppoſuit ſimiliter modum modo, quantitatem quantitati, & qualitatem qualitati. Verum hęc ſcriptura nō eſt certa & exacta, quandoquidē ex hac ſuppoſitione nihil impoſſibile concludatur, quod quidē vult oſtendere .ſ. quo modo ꝓpoſitiones vniuerſales contingentes, dico .ſ. contingentes proprie ęquiualēt inter ſe. Nā contingit omni idem contingit nulli, ceu contingit omnem hoīeꝫ ablui, & econtra, ſed ipſe vniuerſales ꝓpoſitiones contingentes ſingule repugnant particularibus ꝓpoſitionibus neceſſarijs. verbi gratia. neceſſe alicui repugnat hęc contingit nulli prorſus eidem oppoſita, repugnat etiam hęc cōtingit omni, ſed hęc quidem contingit nulli per ſeipſaꝫ pugnat cum habeat modum modo contrarium quantitatē quantitati, & qualitatem qualitati, & hęc contingit omni velut ęquiualens huic contingit nulli. Rurſus neceſſe nō omni hęc repugnat per ſe contingit omni, & propter hāc etiam hęc contingit nulli tāq̄ ęqualens, ſi ergo duę vniuerſales contingentes propoſitiones vtriq; particulariū propoſitionum de neceſſario opponuntur tāq̄ ęquiualentes, ſi pro vniuerſali contingenti negatiua aſſumatur, hęc contingit omni velut ęquiualens, profecto rationeꝫ non redigemus in abſurdum tranſmutata hac contingit nulli in hanc contingit omni ſiquidem ęquiualent. Nā ſit ſyllogiſtica figura, ceu a/inſit omni b/dicamus quod b/alicui a/ineſt, alioquin ſi hoc falſum eſt, deinde ſuppo namus contingit nulli, quę ſi mutaretur in hanc contingit omni, ceu ꝙ b/contingit omni a/& conuertentes dixerimus etiam a/alicui b/contingit, & deinde concludemus idem omni & alicui ineſſe, & nihil abſurdi concludimus. Nam quod omni ineſt, hoc etiam alicui prorſus nūc eſt ineſſe, ob hęc itaq; dicimus ſecundaꝫ literaꝫ eſſe exactiorem quę dicit. Si non neceſſe .i. ſi non neceſſe eſt b/alicui a/ineſſe conſtat ꝙ neceſſe eſt vt nulli inſint, itaqꝫ a/etiaꝫ neceſſe eſt nulli b. Nam hoc oſtenſum eſt ꝙ vniuerſalis negatiua neceſſaria in ſeipſaꝫ conuertitur, alioquin ideꝫ competeret alicui & nulli qd̄ quidem abſurdum eſt.

¶ Priuatiuā vō in parte, nō ꝯuertit̄ ob eādē cauſam, ob quam & prius diximus.

¶ Hęc verborum ſententia videtur a Philoſopho dici tāq̄ cauſam aſſignans/ cur particularis negatiua non conuertitur. Sed hoc non eſt verum, nam nuſq̄ videtur aſſignaſſe cauſam cur non conuertitur particularis affirmatiua, ſed magis cauſam vocauit exemplum ſuperi⁹ ab ipſo dictum. At hic dicit. Si enim homo omni animali, & animal non omni homini.

¶ CAPVT QVARTVM.

In contingentibus vō/qm̄ multifariam dicitur contingere.

¶ Cum expleuiſſet ſermonem de cōuerſione propoſitionuꝫ de ineſſe & neceſſario, proficiſcitur ad propoſitiones de cōtingenti. Et quoniam cōtingēs multifariam dicitur, ſicut etiam in libro de interꝓtatione diximus. Nam contingens dicitur de omni materia & neceſſaria, ceu ſi quis dicat ꝯtingit ſolem in ariete fieri, atq; non contingenter, ſed neceſſario ſol accedit ad arietem. Item contingens dicitur etiam de materia de ineſſe, ceu illa dicuntur contingere quę verſantur in generatione & corruptione, dico videlicet ea quę poſſunt abeſſe a ſubiecto qualia ſunt accidentia. Etenīꝫ hęc inſunt, ſed non ex neceſſitate, ceu quando dicimus merum album, nam hic ꝓprie non eſt contingens, ſed eſt ęquiualens ipſi de ineē, nam ineſt ipſi mero album, ſimiliter quoqꝫ in alijs modis ſit, ſed proprie contingēs eſt futuri temporis, nā hoc ęque poteſt eſſe & non eſſe, contingens igitur cum ęquiualet neceſſario & ipſi de ineſſe, vt propoſitiones de neceſſario & de ineſſe conuertuntur etiam cōtingentes hoc modo ſimiliter conuertuntur, nam ſola denominatione eſt diſcrimen rebus eiſdem exiſtentibus, ſed quod eſt ꝓprie contingens non ſimiliter ſe habet quo ad cōuerſiones vt deinceps oſtendit.

¶ Etenim neceſſarium & non neceſſarium & poſſibile contingere dicimus.

¶ Non neceſſarium aſſerit & vocat ipſum de ineſſe, & poſſibile ipſum contingens. Etenīꝫ proprie poſſibile in idē venit cum contingente.

¶ In affirmatiuis quidem conſimiliter ſe habebit ſm̄ conuerſionem in omnibus, ſi enim a/omni vel alicui eoꝝ, quę b/contingit, & b/alicui coꝝ, quę a/contingeret vtiq;, ſi eni nulli neq; a/nulli eorum, quę b/oſtenſum enim ē prius, in negatiuis vō non ſimiliter.

¶ Inq̄t illud contingens qd̄ de omnibus modis pręd icatur, ſimiliter ſe habebit in affirmatiuis propoſitionibus. Nam omnis affirmatio ſm̄ omnem modum conuertit̄ cum particulari affirmatiua, & demōſtrationes fieri poſſunt eodem modo per ea quibus prius facte ſunt, ſed negationes non ſimiliter cum alijs conuertuntur, & per rationem hoc ſcire poſſumus quia proprie contingens qd̄ ſane vocat poſſibile eſt id quod fore vel non fore ſimiliter complectitur & ęqualiter ſe habet. Nam ſimiliter idē poteſt affirmari & negari, vnde quo ad veritateꝫ nō differt affirmatio a negatione. Naꝫ contingit omneꝫ hominem ablui, & nullum hominem ablui, atq; ſimilr̄ vtrūq; verum eſſe poteſt, ſed oſtenſum eſt de modo de ineſſe & neceſſario, quod vniuerſalis negatiua conuertitur in ſe ipſam ex neceſſitate, ſed particularis non ex neceſſitate. Patet etiam quod in cōuerſione negatiuę cōtigentis partim ſe habet eodem pacto cum alijs modis, & partim minime. Verum contingens ęquiualens neceſſario, & de ineſſe, ſimiliter ſe habebit ſicut ille negatiuę ſm̄ conuerſiones, ſed proprie contingens, quod quideꝫ euenire poteſt & non euenire non ſimiliter ſe habebit. Demōſtrabit autem (vt dixit) de ipſo in ſequentibus, ſed nunc inquit manifeſta exempla quo ad poſitionem materierum.

¶ Sed quęcūq; quidem contingere dicūtur

eo/ꝙ ex neceſſitate non inſunt. aut non ex neceſſitate inſunt/ſimiliter vt.

¶ Ideſt contingentes propoſitiones negatiuę ęquiualẽtes neceſſario, vel quę non de neceſſitate ſunt. i. negationes contingentis quę ęquiualent his quę ſunt de ineſſe, ſimiliter conuertuntur ſicut neceſſarię ⁊ de ineſſe. Nã vniuerſales negatiuę in ſeipſas conuertuntur, ſed particolares indefinite, quemadmodum etiam ille. Naꝫ vt dicebamus ſolo ſit differentia nominum reb⁹ exiſtentib⁹ eiſdẽ, ſed deinceps ſubdit exemplum in materia.

¶ Si quis hominem dicat contingere nõ eſſe equum/aut albuꝫ nulli veſtimento ineẽ. Horum enim illud quidem ex neceſſitate non ineſt, hoc autẽ non ex neceſſitate ineſt, ⁊ ſimiliter conuertitur ꝓpoſitio. Si enim cõtingit nulli homini equum eſſe, ⁊ hominẽ cõtingit nulli equo, ⁊ ſi album contingit nulli indumẽto, ⁊ indumentũ contingit nulli albo, ſi enim alicui neceſſe, ⁊ album alicui erit ex neceſſitate, hoc enim oſtenſum eſt prius, conſimiliter ⁊ in negatiua in parte.

¶ Hoc eſt exemplum de neceſſario. Nam patet ꝙ nõ cõtingenter ſm proprium ſignificatũ contingentis, homo non eſt equus, ſed neceſſario, iccirco etiã conuertitur. Nã contingit nullum equũ eſſe hominem, vel albũ nulli pallio ineſſe, qḋ eſt exemplum de ipſo ineſſe, quomodo ſm vnum ſignificatum dicebatur contingens. Naꝫ ex neceſſitate/homo non eſt equus, ⁊ album nulli pallio ineſt, ſꝫ non ex neceſſitate, quocirca ipſa rurſus conuerſio ſeruatur in hoc, qui etiam fiebat in ipſo de ineſſe. Similr̃ quoqꝫ in propoſitione particulari negatiua, ceu in aliis modis indefinita erat particularis negatiua, quia definita ⁊ certa cõuerſione non conuertebatur, ſic etiam fit in contingenti quod ęqualiter eſſe ac non eſſe poteſt, vbi ſe habet cum prędictis modis talis conuerſio cum nihil minus indefinita ſit.

¶ Quęcũqꝫ vero/eo ꝙ vtpluriműꝫ atqꝫ ob idqḋ nata ſunt contingere dicuntur.

Contingẽs Triplex:

¶ Cū dixerit ꝙ vlis ꝓpō nō pōt oſtēdi in 3ª figª nūc dicit de hñtib⁹ vleꝫ ꝛ aliā pticularē, ꝛ ingt, ꝙ ſi ambę accepte fuerint cathegoricę, ꝛ maior pticularis ꝛ minor vlis erit. Si aūt ecōuerſo, nō erit circularis oñſio, ceu a/oi b, ꝛ b/oi a, igiť a/alicui b. Nā hoc oſtēſuꝫ eſt, q̄re ꝛ c/alicui b, nō tñ ꝛ b/alicui a. Sic particularis ꝓpō oñdiť, ꝛ vlis nō oſtēdiť, qa vlis eſt. Niſi ergo ſm aſſumptionem.

¶ Quū ꝟo ad alterū non erit, inſit enim a/oi c, ipſum autem b/alicui, concluſio a/b. Si acceptū fuerit c/omni a/ineſſe, a/autē alicui b, c/quidem oſtēſum eſt alicui b/ineſſe, b/ꝟo alicui c/nō eſt monſtratū, atqui neceſſe eſt.

¶ Nō erit ꝓpoſitū, qa cōcludit c/alicui b/ſed poſteri⁹ cōuertitur, ꝙ ꝛ b/alicui c, ꝛ ſic erit.

¶ Si c/alicui b/ꝛ b/alicui c/ineē, ſed nō eſt idē hoc huic, ꝛ hoc huic ineſſe, ſed aſſumenduꝫ ſi hoc alicui huic, ꝛ alterum alicui huic, hoc autem accepto non amplius fit ex concluſione ꝛ altera propoſitione ſyllogiſmus.

¶ Nō eni idē eſt dictu ſi b/alicui c, ꝛ c/alicui b. Nā qñ dico b/alicui c/ineſt ſubiectuꝫ eſt c/ꝛ pędicatū b. Sed quādo dico, ꝙ c/alicui b/ipſum b/accipit ſubiectū ꝛ c/pędicatum. At ſubijci ꝛ pędicari ſunt diuerſa.

¶ Si ꝟo b/omni c, a/autē alicui c/erit demonſtrare, a/c/quādo acceptū fuerit, c/qdem omni b/ineſſe, a/autē alicui, ſi enim c/oi b, a/auteꝫ alicui b/neceſſe eſt a/alicui c/ineſſe mediū b.

¶ Si ingt, maior pticularis, ꝛ minor vlis pōt oñdi maior ꝓpō hęc añcedenter ſic ipm a/alicui c, ꝛ ipm b/oi c, ꝛ c/oi b, ꝛ b/alicui a, igitur a/alicui c.

¶ Et qñ ſit hęc quidē ꝑdicatiua, illa ꝟo priuatiua, quę autē ꝑdicatiua vlis, mōſtrabiť altera, inſit enim b/oi c, ipm ꝟo a/alicui non inſit, ꝯcſio ꝙ a/alicui b/nō ineſt. Si igiť aſſumptū fuerit c/oi b/ineſſe, erat auteꝫ ꝛ a/non oi b, neceſſe eſt a/alicui c/non ineſſe, medium b.

¶ Si aūt fuerit maior pticularis ꝑuatiua, ꝛ mior vlis affirmatiua, oſtēdeť maior circulariter ſic a/nō oi b/ꝛ b/oi c, ꝛ a/nō oi c. Et miorē ꝑdicatiuā ꝑ aſſūptiōeꝫ oñſauim⁹.

¶ Qñ aūt priuatiua fiat vlis, nō mōſtrať altera, niſi quēadmodū in priorib⁹/ſi acceptū fuerit, cui hō alicui nō ineſt, alterū alicui ineē, vt ſi a/quidē nulli c, ipm ꝟo b/alicui, ꝯcſio ꝙ a/alicui b/nō ieſt, ſi igiť acceptū fuerit, cui a/alicui nō ineſt c/alicui ineſſe, neceſſe ē c/alicui eoꝝ, q̄ b/ineē, aliter aūt nō eſt ꝯuertētē vlem ꝓpōnē monſtrare alterā, nullo eni mō erit ſylls.

¶ Si aūt fuerit maior ꝑuatiua vlis, ꝛ mior pticularis affirmatiua nō oſtēdiť pticularis affirmatiua niſi ꝑ aſſumptionē. Nā circularis nō pōt. Nā ſi maior negatiua ꝛ cōcluſio negatiua, ſed ex duab⁹ negatiuis nihil ꝯcludi pōt, ſed per aſſumptionē oſtēdiť ſic cui a/nō oi ineſt, huic alicui c/ineſt, ſꝫ a/2° ineſt oi, igiť ipſi b/alicui ineſt c.

¶ Planū itaqꝫ ꝙ in prima qdeꝫ figura monſtratio per ſeinuicē, ꝛ per tertiā, ꝛ per primā efficiť figurā, quū eni ꝑdicatiua eſt ꝯcſio per primā, quum auteꝫ priuatiua per vltimā, accipiť eni cui hoc nulli, alteraꝫ omni ineſſe.

¶ Repetitionem breuē facit dictorū ꝙ in prima figura quotcūq; oſtenduntur ꝓpōnes circulo, aliç illico in prima, aliç in 3ª, ⁊ dicit aliquādo ꝑ primā, aliqñ per 3ᵃᵐ.

¶ In media autē quū ſyll's qdem vlis fit ⁊ ꝑ ipſam ⁊ ꝑ primā figurā, quū vero in parte ⁊ per ipſā ⁊ per vltimā. In tertia autē ꝑ ipſam oēs. Manifeſtū autē ⁊ ꝙ in tertia ⁊ media, q non per ipſas fiūt ſylli, aut nō ſunt ſm circularem monſtrationem, aut imperfecti.

¶ Sed in ſcđa figura oſtēſe circulo ſi vlis ſtatim ꝑ ſcđaꝫ ⁊ ipſaꝫ primā. Si autē particularis ꝑ eādē 2ᵃᵐ ⁊ 3ᵃᵐ oſtenditur. Et q̄cunq; in 3ª figª oſtēdebatur circulo, oēs ꝑ eandem 3ᵃᵐ ſtatim oſtēdebātur. Sꝫ planuꝫ ꝙ in tertia ⁊ media figura q̄cūq; non per ſeipſa oſtendunt, vel nō ſm circulum ſunt imperfecti.

¶ DE CONVERSIONE QVAE IN SYLLOGISMIS.

Conuertere autem eſt trāſponētem concluſionē facere ſyllm, ꝙ aut ſūmū medio nō inerit, aut h vltimo.

¶ Diximus iā hoc multotiens, qđ tres ſunt cōuerſiones, vna qdem in terminis, alia ⁊ 2ª in ꝓpoſitionibus, tertia vero in ſyllo. Sed de cōuerſione in terminis dixit in ꝑdicamentis, quādo dixit, ęq̄le ęquali ęquale. Et de cōuerſione in ꝓpōnibus dixit in p̄mo libro prioꝝ reſolutiuoꝝ, nunc autē vult dicere de cōuerſione in ſyllo. Fit autē hęc hoc mō. Accipimus ꝯcluſionē factaꝫ ⁊ hāc trāſponim⁹ vel in ꝯriuꝫ vel in oppoſitū ꝯdictoriç, ⁊ aliā ꝓpōnem ſanaꝫ ſeruamus, ⁊ reliquę ꝓpōnis ꝯriū ꝯcludi oſtēdimus, vel ꝯdictoriç oppoſituꝫ, ceu ſi cōcluderetur cōcluſio vlis affirmatiua trāſponimus hanc in ꝯriū vniuerſalē negatiuā vel in oppoſitū ꝯdictoriç ipſi ꝙ eſt particulare negatiuū, ⁊ ſic oſtēdimus cōcluſa alterius ꝓpoſitionis vel ꝯria vel cōtradictoriç oppoſita. facit autē hāc in ſyllo cōuerſioneꝫ, ⁊ in vnoquoq; mō ſyllogiſtico, ⁊ in vnaquaq; figura. Sed qdaꝫ putarūt cōuerſionē in ſyllo, ⁊ deductionē ad impoſſe idē eſſe. Ariſto. autē poſt hanc contēplationē exponit de deductione ad ipoſſe, ⁊ oſtēdit nō eſſe idē ꝯuerſionē in ſyllo ⁊ deductionē ad impoſſe.

¶ Neceſſe enim concluſione conuerſa ⁊ altera propoſitione manente interimi reliquam, ſi enim erit ⁊ concluſio erit.

¶ Cōcluſione ꝯuerſa ⁊ vna ꝓpoſitiōe manēte neceſſe eſt tolli aliaꝫ ꝓpōnem, ⁊ oſtēdi ipſaꝫ vel cōtrarium concludentem, vel cōtradictoriç oppoſitum. Naꝫ ſi maneret eadem ipſa ꝑfecto ⁊ cōcluſio eadem manebit.

¶ Differt autē oppoſite aut cōtrariç cōuertere ꝯcluſionē, nō eniꝫ idem efficitur ſyll's quum vtroq; mō cōuertitur, ſed hoc per ſequētia manifeſtū erit. Dico autē opponi oī non omni ⁊ alicui nulli, contrariç vero omni nulli ⁊ alicui non alicui ineſſe.

¶ Si ꝯcluſio in cōtrariuꝫ cōuerterimus diuerſos faciem⁹ ſyllos. Si autē in cōtradictorio oppoſitum diuerſos vt plane oſtendemus. E cōtrario autem ineſt omni ⁊ nulli, ⁊ illud alicui ⁊ non alicui.

¶ Sit nāq; monſtratum a de omni c per medium b, ſi itaq; a acceptum fuerit nulli c ineſſe, ipſi vero b omni, nulli c inerit b.

¶ Primo facit cōuerſioneꝫ vt in p̄mo mō p̄mę figurę cōcludēte vlem cōcluſionē affirmatiuā, quę ex duab⁹ vlib⁹ affirmatiuis cōponitur. Accipiamus igitur ꝯriuꝫ ꝯni, ꝙ a nō omni c ineſt, ſed ꝙ nulli, ⁊ decens eſt oſtendere minorē ꝓpōnem. Oſtēditur autē minor ꝑ ſcđam figuram, ⁊ maior ꝑ tertiā, igitur a nulli c ⁊ a omni b ꝯcluſio minoris ꝓpōnis ꝙ ipſm b nulli c ꝙ erat ꝯriuꝫ omni. Si autē voluimus maiorē ꝓpōneꝫ oſtēdere, demōſtrabimus ꝑ tertiaꝫ figurā, ⁊ cōcludemus nō cōtrariū maiori ꝓpōni, ſed contradictoriç oppoſitū. Nam in 3ª figª vlis ꝯclo non concludebatur, vt a nulli c, ⁊ ipſm b omni c ꝯcluſio eſt, ꝙ a nō omni b, ſꝫ hoc ꝯdictoriç opponitur ꝓpōni, quare ex his dictis obſeruare debemus, ꝙ ꝓpō maior per 3ᵃᵐ figuram oſtēditur, ⁊ minor ꝑ ſcđaꝫ, ⁊ hoc rurſus ſeruare debem⁹ in p̄ma figura, ꝙ ſi ꝯcluſio cōuerteretur in ꝯriū. Si maiorem ꝓpōnē oſtēdens acceperit ꝯdictoriç oppoſitum. Si autē minorē ꝯriuꝫ cōcluſuꝫ oſtēdes in qđ etiaꝫ ꝯneꝫ conuerteris. Si autē cōuerſio cōuertetur in illud nō omni, dico. ſ. cōtradictoriç oppoſitū. Et maior ꝓpō ⁊ minor ſiteꝫ ꝯcluſioneꝫ cōcludere vt plane oſtēdemus. Si autē a nulli c acciperetur, p̄mo oſtēdit minorē ꝓpōnē ꝯcludētē ſibi ꝯri.

¶ Et ſi a quidem nulli c, b autē omni c, a non omni b ⁊ non oīno nulli, nō eniꝫ mōſtrabatur vle ꝑ vltimā figuraꝫ, oīno vero non eſt vliter deſtruere per cōuerſionem ꝓpōnem quę eſt ad maius extremū, ſemper enim tollitur ꝑ tertiam figuram, neceſſe nāq; ad vltimuꝫ extremum ambas accipere propoſitiones.

¶ Nunc oſtēdit maiorē ꝓpōnē ꝯcludēteꝫ oppoſitū contradictoriç ꝓpōni. Erat autē p̄ma illud a nō oī b, nūc igitur illud non omni concluditur, ideſt a non omni b.

¶ Et ſi priuatiuus ſyll's ſit conſilr, ſic eniꝫ oſtēſum a nulli coꝝq; c ineꝫiſtens per b.

¶ Cuꝫ oſtēderit de vli affirmatiuo, nūc vult de vli negatiuo. Nam ſi fuerit a nulli c per mediū b vt accipiatur omni decēs oſtēdere minorē ꝓpōnem ſic concludemus rurſus in 2ª figura. Nam minor in 2ª ꝯcludebatur, a omni c ⁊ a nulli b ꝯcluſio ꝙ b nulli c. Si autē maiorē decet oſtēdere, oſtēdemus per 3ᵃᵐ figurā a omni c, ⁊ b omni c, igitur a alicui b. Et in 2º igitur mō p̄mę figurę oſtēſuꝫ eſt, minor per 2ᵃᵐ, ⁊ maior per 3ᵃᵐ. Oſtēſuꝫ eſt hoc rurſus vt diximus, ꝙ maior cōcluderet oppoſitū cōtradictoriç. Nā pro nulli illud alicui concluſit, ⁊ minor contrarium vt oppoſitum. Naꝫ pro omni ipſum nulli concluſit.

¶ Igitur ſi acceptū fuerit a ineē omni c ipſi vero b nulli, b inerit nulli eoruꝫ, quę c ⁊ ſi a ⁊ b oī c a alicui b, ſed nulli inerat.

¶ Primo oſtēdit minorē ꝓpōnē ꝯcludētē ꝯriū pᵉ ꝓpōni. Deinde 2º oſtēdit maiorem concludētem oppoſituꝫ cōtradictoriç primę propoſitioni.

¶ Et ſi oppoſite conuerſa fuerit concluſio ⁊ ſyllogiſmi oppoſiti ⁊ nō vniuerſales erunt, nāq; fit altera propoſitio in parte, quare ⁊ cōcluſio erit ſm partem, ſit enim prędicatiuus ſyll's ⁊ conuertatur ſic, igitur ſi a nō omni c, omni autem b ipſum b non omni c, ⁊ ſi a quidem non omni c, ipſum vero b omni a nō omni b. Conſimilr autem ⁊ ſi priuatiuus ſyll's, ſi enim a alicui c ineſt, ipſi vero b, nulli b alicui

c non

c/non inerit,non ſimpliciter nulli,⁊ ſi a/alicui c,b/ꝛo omni,quemadmoduʒ in principio ac ceptum eſt a,alicui b/inerit.

¶ Accepit primo concluſionē in duobus modis ⁊ cōuer tit in ꝯ̄rtuʒ ⁊ oſtēdit cōcluſa,non cōuertit in oppoſita cō tradictorię, igit̄ ⁊ in maiori ppōne,⁊ in minori ꝯ̄dicto rię oppoſitū cōcludet̄ in primo modo, vt a/non omni c/ ⁊ a/omni b/cōcluſio ꝙ b/non oi c.Erat aūt primo omni. Et in maiore rurſus ſilr a/non omni c/⁊ b/omni c. Con cluſio ꝙ a/non omni b/quare ſi cōuerteret̄ in oppoſituʒ cōtradictorię cōcluſio cōcludet̄ per oppoſita cōtradicto rię.Sed in ſecūdo modo ſit a/nulli b,⁊ a/alicui c,cōcluſio eſt ꝙ b/non omni c/qꝛ ꝯtradictorię opponit̄ primę pro poſitioni.Si autē maior oſtēdenda eſt ſic a/alicui c/⁊ b/ſi c/cōcluſio ꝙ a/alicui b/qꝺ etiā contradictorię opponitur primę propoſitioni.

¶ Cęteruʒ in ſyllis,qui in parte quādo oppo ſite quidem conuertatur concluſio tolluntur ambę ppoſitiones,quādo autēʒ cōtrarię neu tra,non enim amplius accidit tollere, quēad modū in vlibus, deficiēte cōcluſione ſm con uerſionem,ſed neqꝫ omnino tollere.

¶ Cum expleuiſſet ſermonē de vlibus ſyllis concluden tibus vlē,nunc dicit de particularibus ꝯcludētibus,⁊ in quit,qꝺ ſi cōcluſio cōuerteret̄ in oppoſituʒ ꝯ̄dictorię,tol lūtur ppōnes a principio,⁊ ferunt ꝯ̄ria vel oppoſita con tradictorię.Si aūt in ꝯ̄rium cōuerteret̄ cōcluſio non am plius tollunt̄ ppōnes, ſed manent ipſe vt oſtendimus,⁊ cur hoc ſit,inquit. Naʒ non amplius ſit, vt in vlibus ac cepta ꝯcluſione in cōtrariū,oſtendebatur auferre propo ſitionem primā ſic etiam hic.Nam hic prorſus tollit vni uerſale,quia concluſio particularis.

¶ Sit enim oſtēſum a/de aliquo c,igitur ſi ac ceptū fuerit a/nulli c/ineſſe,ipſum ꝛo b/alicui a/alicui b/non inerit, ⁊ ſi a/nulli c/omni autem b/ipſum b/nulli c/quare tollūtur vtrꝙ̄.Et ſi contrarię cōuertātur/neutra , ſi eniʒ a/alicui c/ non ineſt , ipſi ꝛo b/omni b/alicui c/nō inerit, ſed nondum tollitur qꝺ a principio,contingit nāqꝫ alicui ineſſe ⁊ alicui nō ineſſe, ſed ipſius a/b/vniuerſalis nihil omnino ſit ſyllis, ſi enim a/non ineſt alicui coꝝ quę c,b/ꝛo alicui ineſt, neutra propoſitionum vniuerſalis.

¶ Primo oſtēdit tertiū modū primę figurę cōcludentem hoc alicui, ſi aūt cōuerteret̄ in oppoſitū cōtradictorię il lud nulli ſic cōcludet a/nulli c/ipſuʒ b/alicui c,concluſio ꝙ a/nō omni b.Si aūt minorē ſic,a/nulli c,a/omni b,con cluſio ꝙ b/nulli c/quare maior ⁊ minor in oppoſituʒ ꝯ̄di ctorię cōuertunt̄ cōuerſa ſic cōcluſione. Si aūt in ꝯ̄rium cōuerteret̄ cōcluſio vt pro hoc alicui non omni accipia mus neqꝫ maiorē poſſumus oſtēdere,qꝛ minor ⁊ conclu ſio ſunt particulares. Item minore nō poſſumus oſtēde re,cur? Nā ſi oſtēdemus primo quidē qꝛ maior ſit parti cularis in ſcđa figura,⁊ qꝛ cōcludimus nō oī, hoc aūt nō omni non opponitur ꝯtradictorię primę ppōni huic ali [illegible] Nam aliquando ſimul verificantur hę ppōnes.

[illegible]ſilr aūt ⁊ ſi priuatiuus ſylls,ſi enim acci piatur a/omni c/ineſſe,tollentur vtrꝙ̄ , ſi ꝛo alicui/neutra,demonſtratio autem eadem.

¶ Vt in tertio modo,ſic ⁊ in quarto negatiuo faciundū. Nā ſi ꝯ̄dictorię oppoſitū acciperet̄ tollunt̄ ambę.Si aūt ꝯ̄rium non tollūtur,ſed demonſtratio eadeʒ.Et in quar to modo quę etiam in tertio modo fiebat.

¶ FIGVRA SECVNDA.

Sed in ſecūda figura/ppoſitionē q dem, quę ad maius extremū non eſt interimere cōtrarię/facta cōuerſione vtrolibet modo nam ſemper erit cō cluſio in tertia figura, vlis aūt non erat in hac ſyllogiſmus, alteram ꝛo ſilr tollemus cōuer ſioni. Dico aūt ſilr, ſi cōtrarię quidē conuerti tur/contrarię, ſi ꝛo oppoſitę,oppoſitę.

¶ Abſoluit primā figurā,nunc venit ad ſecūdā, ⁊ inquit ꝙ maior propoſitio non tollit̄ qñ accipit̄ ꝯ̄riū ꝯclōnis, ſed minor tollitur,dico.ſ. maiorē ppoſitioneʒ non tolli, nō qꝛ tollit̄,ſed qꝛ in ꝯ̄rium non tollit̄ , ſed in oppoſituʒ ꝯ̄dictoria tollit̄.Sed cur? ipſe dicit ꝙ in tertia figura oſtē ditur maior ppoſitio, ⁊ nullum vlr in tertia oſtenditur. Et maior in ſcđa figura vniuerſalis eſt, quare oppoſituʒ contradictorię oſtenditur, ⁊ minor ppoſitio oſtēdit̄ per primam figuram vt oſtendemus.

¶ Inſit eniʒ a/oi b/ipſi aūt c/nulli,cōcluſio b/c. Si itaqꝫ accepteuʒ fuerit b/omni c/ineſſe, ⁊ a/ b/maneat a/omni c/inerit,nā fit prima figura: ꝙ ſi b/omni c,a/ꝛo nulli c,a/non omni b/ figu ra vltima. Sin aūt oppoſitę cōuerſum fuerit b/c,a/b/quidē itidē mōſtrabitur,a/c/ꝛo oppo ſitę,ſi enim b/alicui c,a/auteʒ nulli c,a/alicui b/ non inerit. Rurſus ſi b/alicui c,a/ꝛo omni b/ a/alicui c,quare oppoſitus ſit ſyllogiſmus.

¶ Primo oſtēdit primū modū ſcđę figurę ſic illum.ſ. qui cōſtat maiore affirmatiua ⁊ minore negatiua cōcluditur cōcluſio negatiua, ipſuʒ b/nulli c/ſi aūt accipiatur b/oi c/ ineſſe, ⁊ oſtēdere volumus minorē ppōneʒ dicentem a/ nulli c/ oſtēdemus minorē per primā figurā ſic , a/oi b/⁊ b/omni c/igit̄ a/omni c. Tollitur aūt maior propoſitio non ꝯ̄rio ſed ꝯ̄dictorię, vt pulchre diximus,maioreʒ nō tolli ꝯ̄rię, ſed ſi oppoſitū ꝯ̄dictorię cōcluſionis accepꝫuʒ fuerit, vt b/alicui c/maior ppoſitio ſilr tolletur, ⁊ demō ſtrabit̄ ſic, ⁊ minor cōtradictorię.nā ſi b/alicui c/⁊ a/nul li c,ꝯcluſio eſt ꝙ a/non omni b. Et in minore ſic a/oi b/ ⁊ b/alicui c,⁊ igitur a/alicui c/ ꝙ eſt contradictorię oppo ſitum primę propoſitioni.

¶ Conſimiliter monſtrabitur ⁊ ſi econuerſo ſe habeant propoſitiones.

¶ Similiter autē demonſtrabitur ⁊ ſecūdus modus ſecū dę figurę,nam econuerſo ſe habēt propoſitiones.

¶ Et ſi ſylls eſt in parte,ſi cōtrarię cōuertatur cōcluſio,neutra ppōnum tollit̄, quēadmodū neqꝫ in prima figura,ſi ꝛo oppoſitę/vtrꝙ̄.

¶ Cum abſoluerit ſermonē de vlibus cōcludentibus in ſcđa figura nunc dicit de particularibus ⁊ inquit, ꝙ ſi in particularibus cōcludētibus cōcluſionē particulareʒ in contrariū cōuerteret̄,nulla ppoſitio tollit̄, neqꝫ maior, neqꝫ minor , ſi aūt cōcluſio cōuerteret̄ in oppoſitū ꝯtra dictorię ipſi tunc ambę tollantur, vt oſtendemus.

¶ Ponatur eniʒ a/b/quidē nulli ineſſe,ipſi au teʒ c/alicui,concluſio b/c. Si itaqꝫ poſitū fue

rit b/alicui c/ineſſe, ꝛ a/b/maneat/ꝯcluſio erit, ꝙ a/alicui c/non ineſt, ſed non eſt ſublatuȝ, qḋ a principio. Cõtingit enim alicui ineſſe ꝛ non ineſſe. Rurſuȝ ſi b/alicui c, ꝛ a/alicui c/non eſt ſyllogiſmus, neutrum enim acceptoꝝ vle, quare non tollitur a/b/ꝙ ſi oppoſitę conuertatur, tollunẽ ambę, ſi enim b/omni c, a/ṽo nulli b, nulli c/ipſum a, ſed erat alicui. Rurſus ſi b/omni c, a/autem alicui c, a/alicui b.

¶ De tertio modo nũc dicit ſcḋę figurę qui eſt ex maiore vli negatiua, ꝛ minore particulari affirmatiua ꝯcludẽte cõcluſionẽ particularẽ negatiuã. Si ḡ cõcluſio tranſponereẽ in ꝯriũ ꝙ b/alicui c/ineſt, ꝛ decet oſtẽdere minorẽ ꝓpõnẽ demõſtramus ſic, a/non oi c/ſed nõ tolleretur prius dicerea ꝙ a/alicui c, naȝ cõtingit vt ambę ſimul verificãtur, ſi aũt volumus maiorẽ cõfutare, cõfutabimus per tertiã figurã ſed non cõfutabitur. Etenim ꝛ cõcluſio particularis affirmatiua ꝛ minor ꝓpoſitio particularis, ꝛ ex duabus particularibus nõ fit ſylls, quare pulchre dixim9 ꝙ ſi in particularibus cõuertereẽ in cõtrariũ concluſio, tollẽtur propõnes ambę, vt ſi b/aſſumptuȝ fuerit pro hoc non oi c/ꝙ oi ineſt, ꝛ ſi decẽs oſtẽdere minorem ꝓpõnẽ ſic oſtẽdimus a/nulli b/ꝛ b/oi c, igiẽ a/nulli c/ecce nunc ſublata eſt minor cõtradictio. Erat enim alicui c/ipſum a. Sed ſi decet maioreȝ tolli ſic tollemus b/omni c/ꝛ a/alicui c/igitur a/alicui b/quare ꝛ nũc maior cõtradictorię ſublata eſt, nam erat a/nulli b.

¶ Eadem ṽo demonſtratio ꝛ ſi vniuerſale prędicatiuum.

¶ Vt in tertio modo oſtẽdimus, ſic ꝛ in quarto mõ oſtẽdemus habente maiorem vniuerſalem affirmatiuam.

¶ FIGVRA TERTIA.

SEd in tertia figura, quã ꝯrię quideȝ cõuertaẽ ꝯcluſio neutra tolliẽ ꝓpoſitionũ ſm nullũ ſyllogiſmoꝝ, quã ṽo oppoſitę ambę ꝛ in omnibus.

¶ Cum dixerit de ſcḋa figura, nunc dicit de tertia ꝛ ingt, qꝛ cõcluſio particularis eſt ſi ꝯriam cõcluſionis ſumeretur nõ cõuertitur neqȝ aliqua ꝓpoſitio tolliẽ, ſi aũt in oppoſitũ ꝯdictorię conuertereẽ, ambę ꝓpõnes tollũtur, vt oſtẽdemus, oſtẽditur auteȝ maior ꝓpoſitio per primam figuram, ꝛ minor per ſecundam.

¶ Sit oſtenſum a/alicui b/inexiſtens, mediuȝ autem ſit acceptuȝ c, ſint aũt ꝓpoſitiones vniuerſales, igiẽ ſi acceptum fuerit a/alicui b/nõ ineſſe, b/ṽo omni c/non ſit ſylls a/ꝛ c, neqȝ ſi a/eoꝝ quidẽ quę b/alicui non inſit, c/autẽ omni, nõ erit b/ꝛ c/ſylls. Conſilr autẽ monſtrabitur ꝛ ſi non vles ꝓpões, aut eniȝ ambas neceſſe eſt ſm partẽ eſſe per cõuerſionẽ, aut vle ad minus extremum fieri, verum ſic non erat ſylls neqȝ in prima figura neqȝ in media.

¶ Oſtẽdit primo in primo modo tertię figurę cõuerſionẽ ꝙ cõcludunt ex duabus vlibus affirmatiuis ꝯcluſionẽ particularẽ affirmatiuã, ceu a/alicui b/ineſt, ſi ergo accipiaẽ a/nõ oi b/ineſſe, ꝛ ipſum b/oi c/non põt fieri ſylls in prima figura per primã, ſed minor per ſecũdã ſic a/nõ oi b/ꝛ a/omni c/qꝛ maior particularis in ſcḋa figura a/b/ aſſyllogiſtica eſt coniugatio. Rurſus ſi fuerit vlis ꝓpoſitio vna, ꝛ alia in parte nõ fit ſylls. cur? qꝛ ſi voluerimus maiorẽ ꝓpoſitionem oſtendere fit maior particularis, ꝛ ſunt ambę particulares ꝛ aſſyllogiſtica fit ꝯiugatio. Silr autem ꝛ ſi minorẽ voluerimus oſtendere, quare pulchre dixit. Si in ꝯriũ cõuertereẽ nulla ꝓpõ tolliẽ in 3a figura.

¶ Qꝛ ſi oppoſitę conuertãtur ꝓpoſitiones/tolluntur ambę, ſi enim a/nulli b, b/ṽo omni c, a/nulli c. Rurſus ſi a/nulli quidẽ b/ipſi ṽo c/oi b/nulli c/ꝛ ſi altera non vlis conſilr: ſi enim a/nulli b, b/ṽo alicui c, a/alicui c/non inerit, ꝙ ſi a/b/quidẽ nulli, c/aũt omni, nulli c/ipſum b.

¶ Cum dixerit ꝙ ſi in ꝯriũ conuertereẽ ſylls non fit deſtructio ꝓpõnũ, nunc dicit ꝙ ſi oppoſito modo cõuertereẽ fit, vt pro hoc a/alicui b/vt accipiamus ꝙ nulli ꝛ faciemus ſic, a/nulli b/ꝛ ipſum b/omni c/igiẽ a/nulli c. Si autẽ minorẽ voluerimus reprobare, ſic a/nulli b/ꝛ a/omni c, igiẽ b/nulli c/quare ambę ꝓpõnes in ꝯriũ ſublatę ſunt in tertia figura ꝯcluſioni cõuerſa in oppoſitũ ꝯdictorię. Silr autẽ oſtendemus ꝛ ſi maior negatiua ꝛ minor affirmatiua ſit, concluſio fit ꝙ a/non oi b. Si ergo accipiatur oi ſi maiorẽ ꝓpoſitioneȝ decet oſtẽdere ſic oſtẽdimus a/oi b/ꝛ ipſum b/omni c, ꝛ a/omni c. Si autem minoreȝ ſic, a/omni b/ꝛ a/nulli c/cõcluſio ꝙ b/nulli c/ſic in ambabus vniuerſalibus ꝓpoſitionibus in tertia figura.

¶ Silr ṽo ꝛ ſi priuatiuus ſylls, ſit enim oſtẽſum a/alicui b/nõ inexiſtẽs, ſit aũt prędicatiuũ quidẽ b/c, negatiuũ aũt a/c, ſic enim efficiebatur ſylls, qñ igitur cõtrariũ acceptũ fuerit cõcluſioni/non erit ſylls, ſi enim a/alicui b, b/ṽo omni c/non erat ſylls ipſius a/ꝛ ipſius c, neqȝ ſi a/alicui b, c/ṽo nulli, non erat ipſius b/ꝛ ipſius c/ſylls, quare non tollũtur ꝓpoſitiones, quando autẽ oppoſitum tolluntur, ſi enim a/omni b, ꝛ b/ipſi c, a/omni c, ſed nulli inerat.

¶ Dicit nunc de tertio modo ꝑmę figurę ex maiore vli affirmatiua ꝛ minore particulari negatiua cõcludẽte particularẽ cõcluſionẽ ſi in oppoſitũ accipiatur cõcluſio in ipſum nulli ꝛ decet maiorẽ ꝓpõnẽ cõfutare, ꝛ ſic cõfutatur a/nulli b/ꝛ b/alicui c, igitur a/nõ omni c/quare in oppoſitũ cõtradictorię nunc maior cõfutata eſt cõuerſa cõcluſione in cõtradictoriũ. Si auteȝ minorẽ cõfutabimus ſic a/nulli b/a/omni c/igitur b/nulli c, quare ꝛ minor confutata eſt in ꝯdictoriũ. Et hoc ſeruanduȝ eſt ſi alia maior fuerit negatiua ꝛ minor affirmatiua, vbi concludit cõcluſionẽ particularẽ negatiuã, a/non oi b, ſi ergo tranſmutaretur in ꝯriuȝ, hoc alicui/neqȝ maior/neqȝ minor propoſitio cõfutabitur. Si aũt in oppoſitũ cõtradictorię ambę cõfutabantur, nã ſit a/omni b/ꝛ b/alicui c, igitur a/alicui c, ſi autẽ minorem ſic, a/omni b/ꝛ a/nulli c, igitur nulli c/quare obſeruandum eſt ꝙ minor ꝛ maior in ꝯdictoriũ cõuertunẽ, quando fuerit alia vlis ꝛ alia in parte.

¶ Rurſus ſi a/omni b/ipſi autẽ c/nulli, b/nulli c, ſed omni inerat. Conſilr auteȝ monſtraẽ ꝛ ſi nõ vles ſunt ꝓpoſitiones, ſit enim a/c/ꝛ vle ꝛ priuatiuũ. Alterum aũt prędicatiuũ in parte: ſi igiẽ a/omni b. b/autẽ alicui c, a/alicui c/cõtingit: ſȝ nulli inerat. Rurſus, ſi a/omni b, ipſi aũt c/nulli, b/nulli c, ſi auteȝ a/alicui b, ꝛ b/ali-

cui c/non ſit ſyllſ, neqȝ ſi a/alicui b,ipſi autẽ c/nulli;neqȝ ſic,quare illo quidem modo tollũtur,ſic aũt non tollantur propoſitiones.

¶ Si aũt fuerit maior particularis negatiua,ꝛ minor vlis affirmatiua,ſic oſtendimus a/omni b/ꝛ ipſum b/omni c, igiẽ a/omni c.Si aũt minorẽ ſic,a/omni b,a/non omni c, igitur b/non omni c.

¶ Planum igitur per dicta,qño cõuerſa concluſione in vnaquaqȝ figura ſit ſyllſ: ꝛ qñ cõtrarius ꝓpoſitioni ꝛ quando oppoſitus.

¶ Breuẽ repetitionẽ facit dictoꝝ per tres figuras.Et inqt ꝙ planum eſt aliqñ reprobari ꝓpõnes ſiue in oppoſitũ ꝯdictoriȩ mutetur cõcluſio,ſiue in ꝯriũ,ꝛ qñ nõ ꝯfutanẽ.

¶ Et ꝙ in prima quidẽ figura,per mediã ꝛ vltimam ſiunt ſylli,ꝛ quȩ ad minus extremum ſemper per mediũ tollitur,quȩ ꝟo ad maius per vltimum. In ſcða autẽ per primã ꝛ vltimã,quȩ quidẽ ad minus extremũ,ſemꝑ per primã figurã,quȩ autẽ ad maius per vltimã. Sed in tertia per primã ꝛ per mediã,ꝛ quȩ quidem ad maius ſemper per primã, quȩ autem ad minus per mediã. Quid igitur eſt cõuertere ꝛ quomodo in vnaquaqȝ figura, ꝛ quis ſit ſyllogiſmus,manifeſtum.

¶ Cõter planũ eſt ꝙ ꝓpõnes in p̃ma figura, maior oſtẽditur per vltimam,ꝛ minor per ſecundã,ꝛ in ſcða figura maior ꝓpoſitio per tertiã,ꝛ minor per primã,ꝛ in tertia figura maior per primã,ꝛ minor ꝑ ſcðã figurã ꝯfutanẽ.

DE DEDVCTIONE AD IMPOSSIBILE.

Syllogiſmus ꝟo/qui per impoſſibile,monſtraẽ quidẽ quãdo contradictio concluſionis poſita fuerit, ꝛ aſſumpta ſit alia propoſitio,ſit autem in omnibus figuris.

¶ Abſoluit ſermonẽ de ꝯuerſione ſylloꝝ,nunc de deductione ad impoſſe dicit,ꝛ qño differt deductio ad impoſſibile,ab ipſa cõuerſione in ſyllo. Sic igiẽ differt ꝙ in conuerſione opȝ primo facere ſyllm,deinde ſic cõuerſionem, ꝛ in deductione ad impoſſe ꝛ ſi hoc ꝙ ſiat ſyllſ põt oſtendi abſurdum ſequi. Itẽ differt ꝙ in cõuerſione põt cõuerti in ꝯrium ꝛ cõtradictoriũ cõuerti,ſed in deductione ad impoſſe minime, vbi ſolũ in oppoſitũ ꝯdictoriũ ſit,alioquin ſi in ꝯriũ aſſumereẽ vel non oſtẽdit ſyllogiſticã cõiugationẽ,vel ſi ſit ſyllogiſtica,nullũ abſurdum ſequitur. Item differt qꝛ in cõuerſione in ſyllo oſtẽdiẽ vna ꝓpoſitione oppoſitum vel ꝯdictoriȩ,vel cõtrariȩ. Sed in deductione ad impoſſe in oppoſitum ꝯdictoriũ vnius ꝓpõnis ſolũ p̃cedẽtis abſurdũ ſequi oſtẽditur. Per hȩc igiẽ differt cõuerſio a deductione ad impoſſe.Sed vt cõuerſio in tribus figuris oſtẽdebatur ꝙ poteſt fieri,ſic ẽt deductio ad impoſſibile in tribus figuris erit. Et hoc oſtẽdet ꝙ ꝑ deductionẽ ad impoſſibile vlẽ affirmatiuũ in prima figura oſtẽdi non põt, ſed in ſecũda ꝛ tertia.Et in prima figura oſtẽdit alias tres ſyllogiſticas cõiugationes. Dicit autẽ primo qño ſit deductio ad impoſſibile, qꝛ accipimus ex p̃ncipio cõcluſionẽ,ꝛ huic oppoſitũ cõtradictoriȩ,ꝛ vna ꝓpoſitio vera ꝛ oſtẽdimus ſequi ex alia ꝓpoſitione aliquod abſurdum ꝛ impoſſibile.

¶ Similis nãqȝ eſt cõuerſioni,p̃terqȝ ꝙ differt tm̃,quoniã cõuertitur quidem facto ſyllo,ꝛ impoſitis ambabus ꝓpõnibus, deduciẽ ꝟo ad impoſſibile non p̃conſeſſo prius oppoſito,ſed manifeſto exiſtente,quoniã verum. Termini aũt ſimiliter ſe habebunt in ambobus,ꝛ eadem amborum acceptio.

¶ Similẽ conuerſioni dicit,qꝛ vt cõuerſio in tribus ſit figuris,ſic etiã deductio ad impoſſibile ſiet. Equidem hac ratione cõicant,ꝛ differt his quibus p̃diximus deductio ad impoſſibile a conuerſione.

¶ Vt ſi a/ineſt omni b,mediũ aũt c. Si fuerit ſuppoſitũ aut nõ oi,aut nulli b/ineſſe,c/ꝟo oi, qꝺ erat verũ,neceſſe eſt c/aut nulli aut non oi b/ineſſe,hoc aũt impoſſibile, quare falſuȝ,qꝺ ſuppoſitum eſt,verum igitur oppoſitum.

¶ Vult dictũ per exẽpla oſtẽdere ꝙ a/omni c/ ꝛ ipſum c/ omni b.cõcluſio a/omni b/ſi aũt aliquis hoc dicet eẽ falſum,ex neceſſitate cõcedet, vel ꝯriuȝ eſſe verũ, vel cõtradictoriũ,igiẽ ſi non ꝯcedet ipſi b/a/ineſſe,vel igitur nihil ineſt vel nõ omni,igiẽ in ſcða figura oſtẽditur abſurdum ſic,a/ipſi b/vel nulli vel nõ omni,ꝛ a/omni c,cõcluſio ꝙ ipſi c/nullũ b/vel non omni,ſi aũt hoc abſurdũ concludi b/ipſi c/vel nulli,vel non omni,ꝛ falſum, igitur omni ꝙ prius ſic diximus in ſcða figura,qꝛ ſequitur aliqꝺ impoſſibile oſtenſum eſt vlẽ affirmatiuum,ſic igitur non ſoluȝ in prima figura ſieri poteſt,ſed etiam in alijs.

¶ Conſimiliter ꝟo ꝛ in alijs figuris,quȩcũqȝ enĩ cõuerſionẽ ſuſcipiũt, ꝛ ſyllm ꝑ impoſſe.

¶ Econtrario debuit dicere ꝙ quȩcunqȝ oſtenduntẽ ꝑ impoſſibile ꝛ cõuerſione oſtẽduntur ꝛ quȩcũqȝ per conuerſionem,minime per impoſſibile, nam in plus cõuerſio qȝ ipſum per impoſſibile.

¶ Alia itaqȝ problemata oĩa per impoſſe monſtranẽ in oĩbus figuris. Vlẽ aũt p̃dicatiuũ in media quidẽ ꝛ tertia monſtratur,in prima ꝟo non monſtratur. ſupponatur nãqȝ a/non omni b/aut nulli ineſſe, ꝛ accipiatur alia propoſitio vtrinlibet,ſiue c/ineſſe omni a/ſiue b/ oi d,ſic enim eſſe poſſet prima figura,ſi igitur ſuppoſitũ eſt a/ineſſe nõ omni b/nõ ſit ſyllſ.

¶ Cũcta alia problemata ꝛ cõcluſiones oſtẽdunẽ per primam figuram cum vlẽ negatiuũ particulare, ꝛ particulare affirmatiuũ,ꝛ vlẽ affirmatiuũ oſtendiẽ in ſcða ꝛ tertia figura non tñ in prima. Et in exẽplis facit rõnẽ. Supponatur ſic,a/nulli b/vel nõ oi,deinde aſſumptũ ſit alia maior ꝓpoſitio,ꝛ alia minor. Sigdẽ aſſumpta eſt qualiſcunqȝ maior aſyllogiſtica ſit cõiugatio, qꝛ minor eſt vlis negatiua,vel particularis negatiua. Si aũt minor aſſumpta ſit ꝓpoſitio,vt b/oi d/ſiquidem ꝛ maior vlis negatiua fuerit cõcludiẽ ſyllſ negatiuus. Si autẽ particularis fuerit negatiua nõ cõcludiẽ,qꝛ maior ſit particularis,ſi ergo aſſumatur b/omni d/a/exiſtẽte nulli b/falſa erit cõcluſio negatiua,tñ cõcludit oppoſitũ verũ ꝙ erit,nam ſuppoſitũ oi.

¶ Vtrinlibet accepta ꝓpõne, ſi aũt nulli qñ b/ d/aſſumpta fuerit,ſyllſ quidẽ erit falſi,ſed ꝓpoſitum non monſtraẽ,ſi enim a/nulli b,b/ꝟo omni d/a/nulli d,hoc ꝟo impoſſibile, falſum itaqȝ a/ineſſe nulli b. Sed non,ſi nulli falſuȝ,

omni verum. Qꝛ ſi c/a/ accepta fuerit non fit ſyllogiſmus, neq; quando ſuppoſitum ſit a/ ineſſe non omni b/ quare manifeſtu; ꝙ omni ineſſe non mõſtrat̃ in prima figura ꝑ impoſſ, alicui ſꝫo ⁊ nulli ⁊ non omni monſtratur.

Vt igit̃ diximus ſi aſſumptũ fuerit a/nulli b/⁊ ipſum b/ omni d, cõcluſio ꝙ a/nulli d. Et ſupponat̃ hoc falſum, ⁊ falſu; cur ſecutũ eſt, qꝛ nos accepimus maiorẽ negatiuã, ſed nõ oĩno, ſi a/nulli b/ineſt, nõ verũ oĩ ſed magis verũ oppoſitũ ꝯdictoriũ, ſi quidẽ eſt oĩno ꝯriu; dicere, quare abſurdo ſequẽte primã ⁊ maiorẽ ꝓpoſitionez, ⁊ falſa exiſtente per deductionẽ ad impoſſ oſtẽditur in prima figura minime vl̃e affirmatiuũ, ſed vl̃e negatiuũ ⁊ particulare, affirmatiuũ ⁊ negatiuũ oſtẽditur in prima figura.

Supponat̃ eni; a/nulli b/ineſſe, b/autẽ acceptũ ſit oĩ/aut alicui c. Igitur neceſſe eſt a/nulli aut nõ oĩ c/ineſſe, ſed hoc impoſſ, ſit eni; verũ ⁊ manifeſtũ, ꝙ a/ineſt oĩ c, quare ſi hoc falſu;, neceſſe eſt a/alicui b/ineſſe. Qꝛ ſi ad a/ſumpta fuerit altera ꝓpoſitio non erit ſyll'ſ.

Per hanc ſuppoſitionẽ vult oſtẽdere particularẽ cõcluſionẽ affirmatiuã, qꝛ abſurdũ ſequit̃ ex aſſumptione alterius ꝓpoſitionis, nam ſupponat̃ prima hęc aſſumptio a/ nulli b, ⁊ b/oĩ c, igitur a/nulli c/cõcluſio. Siquidẽ b/oĩ c/⁊ a/nulli c, ſi aũt alicui c/ipſum b, cõcluſio eſt ꝙ a/non omni c. Sed hoc ſit impoſſibile, igitur impoſſ ſecutum eſt, qꝛ a/non ineſt omni b/ſed nulli, neceſſe alicui, igit̃ ineſſe.

Neq; quãdo contrariũ concluſioni ſuppoſitum fuerit/vt alicui non ineſſe.

Si igit̃ (inq̃t) accipiam⁹ alia; ꝓpoſitionẽ oppoſitã a/b/ ceu c/alicui a, ⁊ a/oĩ b/nõ fit ſyll'ſ, qꝛ maior ꝑticularis fit.

Planum igit̃ ꝙ oppoſitum ſupponendũ.

Si eni; cõcluſio concluderet̃ nulli vel non oĩ, qꝛ ſupponit̃ a/nulli b, falſa aũt eſt cõcluſio, cur? qꝛ maior eſt falſa, igitur neceſſe eſt oppoſitũ eẽ verũ illud alicui, qꝛ a/alicui c, ſed ſi hoc verũ neceſſe eſt maiorẽ propoſitionez a/b/oĩ ineſſe, ⁊ illã b/c/alicui ineſſe. Sic per hoc abſurdũ oſtẽſu; eſt in prima figura particulare affirmatiuum.

Rurſus ſupponat̃ a/alicui b/ineſſe: acceptũ aũt ſit c/oĩ a, neceſſe itaq; c/alicui b/ineſſe: hoc aũt ſit impoſſ, quare falſu; qđ ſuppoſitũ eſt, ſi ſꝫo ſic/verũ nulli ineſſe. Conſilr aũt ⁊ ſi priuatiuũ ſumptu; fuerit c/a. Sed ſi ꝓpoſitio/q̃ eſt ad b/accepta fuit non erit ſyll'ſ, ſin aũt ꝯriũ ſuppoſitum fuerit, ſyll'ſ quidẽ erit ⁊ impoſſibile, ſed non monſtratur ſuppoſitum.

Nunc per hanc ſuppoſitionẽ vult oſtẽdere abſurdum ſequi, deinde ꝑ abſurdũ illud oſtendit ipſum nulli cõcluſum ſic c/omni a/ipſu; a/alicui b, igit̃ c/alicui b. Et impoſſibile ⁊ falſum cur cõcluſum eſt? qꝛ maior in oĩ aſſumpta eſt, ſi hoc igit̃ falſu;, igit̃ verũ nulli. Similiter et ſi a/c/aſſumat̃ ꝙ nulli ineſt, oſtẽdet̃ abſurdũ, ⁊ cõcludet̃ vt oſtẽdemus primũ ꝙ alicui ineſt. Si aũt acceperis aliã ꝓpoſitionẽ nõ ad a/ſ; ad b/nõ fit ſyll'ſ, qꝛ fit maior ꝑticularis.

Supponatur eni; a/oĩ b/⁊ c/accipiat̃ omni a, igit̃ neceſſe eſt c/oĩ b/ineſſe: hoc aũt impoſſibile, quare falſu; a/ineſſe omni b. Verũ nondu; vtiq; neceſſariũ/ſi non omni nulli ineſſe.

Per hęc vult oſtẽdere ꝙ oppoſitũ ꝯdictorię ſi ſumptũ fuerit, abſurdũ oſtẽditur, ſi aũt ꝯriu; non oſtendit̃ aliqđ abſurdũ ineſſe, vt ſi a/oĩ b/⁊ ipſum c/oĩ a, cõcluſio ꝙ c/oĩ b/ineſt, ſi aũt hoc ſupponat̃ falſum, non oĩnõ verũ oppoſitũ huic in impoſſibile deducẽtes dicemus. Planũ igitur ꝙ deducẽtibus ad impoſſibile cõtradictoriu; ſumendũ eſt, ⁊ non contrarium.

Conſimiliter aũt ⁊ ſi ad b/accepta fuerit altera ꝓpoſitio, ſyll'ſ quidẽ erit ⁊ impoſſ, ſ; nõ tollit̃ ſuppoſitio, quare oppoſitu; ſupponendum. Vt autẽ monſtremus a/ineſſe nõ omni b/ſupponẽdũ omni ineſſe: ſi eni; a/omni b/⁊ c/omni a/c/omni b, quare ſi hoc ipoſſ/falſum/ qđ ſuppoſitum eſt. Cõſimilr autez ⁊ ſi ad b/ accepta fuit altera propoſitio: ⁊ ſi priuatiuu; erat c/a. conſimiliter, ſic etenim fit ſyll'ſ.

Si deinceps voluerimus oſtẽdere particulare negatiuũ per impoſſ debemus ſupponere oppoſitũ cõtradictorię illud oĩ, ⁊ ſi ſeqtur abſurdũ, ⁊ introducit̃ nõ oĩ, ceu c/oĩ a/ ⁊ a/omni b/cõcluſio ꝙ c/omni b, ſi aũt hoc falſum, verũ erit igitur non omni, ſimiliter ⁊ ſi a/c/ fuerit priuatiuum. Etenim ſic fit ſyllogiſmus huius alicui non ſane ineſſe.

Si ſꝫo ad b/ſit priuatiuũ nihil monſtratur.

Qꝛ ſi non oĩ, ſed alicui ineſſe ſuppoſitũ fuerit, nõ mõſtratur qm̃ non omni, ſed qm̃ nulli.

Si inquit ad maiorẽ extremitatẽ fuerit priuatiuu; facit ſyll'ſ particulare negatiuũ, ſi autẽ ad minorẽ non facit, qꝛ negatiua eſt minor propoſitio in prima figura.

Si enim a/alicui b, c/ſꝫo omni a/c/alicui b/ inerit, ſi igit̃ hoc impoſſ falſum eſt a/alicui b/ ineſſe, quare veru; nulli: hoc autem monſtrato/tollitur ipſum verũ, a/enim alicui quidem b/inerat: alicui autem non inerat.

Vt ſuppoſitũ eſt ꝙ c/alicui b/ineſt, ꝙ ſi hoc falſu; ſeq̃t̃ illud nulli, ſic ẽt illud ſuppoſitũ falſu; ſeq̃t̃ illud alicui.

Amplius non accidit impoſſibile iuxta hypothesin, eſſet enim vtiq; falſa, ſi quidem ex veris non eſt falſum ratiocinari, nunc autem eſt vera, ineſt nãq; a/alicui b, quare nõ ſupponendum alicui ineſſe/ſed omni. Conſimiliter ſꝫo ⁊ ſi monſtraremus a/alicui b/non inexiſtens: ſi enim idez alicui non ineſſe ⁊ non omni ineſſe, eadem vtrorũq; demonſtratio.

Vult per h oſtẽdere ꝙ in quarto mõ ꝑmę figurę ſi ſuppoſitũ fuerit per impoſſ, deductionẽ ad ꝯriũ nullu; abſurdũ ſequit̃, vt c/nõ oĩ b. Na; ſi nõ cõtingit illud alicui, ⁊ illud alicui cu; eo non oĩ non pugnat, quare debemus oppoſitũ cõtradictorię accipere, illud omni, vt hoc oſtẽdamus abſurdum ⁊ non alicui ineſſe.

Planu; itaq; ꝙ non cõtrariũ, ſed oppoſitũ ſupponendũ, nãq; ſic neceſſariũ erit ⁊ dignitas probabilis, ſi enim de omni dictio aut negatio, quum monſtratum fuerit ꝙ non negatio, neceſſe eſt affirmationez verificari. Rurſus ſi nõ ponit affirmationẽ verificari, probabile eſt exiſtimare negationẽ. Contrariũ autẽ neutro modo conuenit exiſtimare, neq; enim

neceſſariā ſi nulli falſuʒ/omni verū eſſe,neqʒ probabile,vt ſi alterū falſum,ꝙ alterū veruʒ. Planū igitur ꝙ in prima figura alia quidem ꝓblemata oia monſtrantur per impoſſibile, vl'e autem affirmatiuum non monſtratur.

¶ Planum igitur inquit ex dictis ꝙ oſtēdentes ꝯcluſionē per deductionē ad impoſſibile,ſumendū eſt contradictoriū ⁊ non ꝯriū,⁊ ſic erit illud opinabile axioma dicēs vel negationē vel affirmationē diuidentē eſſe verum vel falſum. Eſt aūt ꝯtradictio diuidens ſemꝑ ⁊ non oppoſitio contraria. Naʒ contrarium non cenſetur ſemper diuidere verum ⁊ falſum,neqʒ aliquod abſurdū ſępe concludere,ob id dixit neutro modo.

¶ FIGVRA SECVNDA.

In media ꝟo atqʒ vltima, ⁊ h̄ monſtratur,ponatur eniʒ a/non omni b/ ineſſe,acceptum autem ſit a/omni c/ ineſſe,igitur ſi nō omni b,c/ꝟo oi c, non omni b,ſed hoc impoſſibile,ſit enim manifeſtum ꝙ c/ineſt omni b,quare falſuʒ,quod ſupponitur,verum itaqʒ omni ineſſe.

¶ Cū expleuerit oſtēſionē per impoſſe in prima figura, nūc venit ad oſtendēdū in ſcđa ⁊ tertia, ⁊ inqͣt ꝙ oēs concluſiones ꝯcludunt̄ per hanc oſtēſionē ad abſurdaʒ in ſcđa ⁊ tertia figura. Sed ſcire opʒ ꝙ nō proxime neqʒ primo concludantur vel vl'ia affirmatiua in ſcđa figura, vel vl'ia in tertia figura,ſed ꝯcludant̄ ſuppoſita deſtructione aliaꝝ. Supponat̄ igit̄ in ſcđa figura ꝙ oſtēdat̄ vl'r affirmatiuuʒ,ceu a/omni b/ineſt. Si enim hoc falſum illud verū non oi. Et aſſumpta ſit alia ꝓpoſitio vera dicens,a/ omni c/ꝯcluſio ꝙ c/nō omni b,⁊ hoc falſum aliquid ſit, igit̄ verū illud oi. Sed falſum cur ſequutū eſt non ꝑꝑ veram ꝓpoſitionē,ſed ob falſam dicenteʒ a/non omni b,⁊ hoc falſum,igitur verū non oi. Sic vl'e affirmatiuū. Inqͣt aūt q2 ſi accipiamus rurſus oſtenſionē per impoſſe tanqͣ̄ in ꝯrio non oſtēdit̄ contrariū. Naʒ ſi accipiamus a/b/oi, ſi aūt non ſupponat̄ nulli, deinde ſi hoc oſtēderetur abſurdū. Et abſurdo exīte nil magis oi ꝙ̄ alicui accipiens, ſed magis illud alicui,quare contrariū ſumenduʒ,ſed oppoſitum contradictorię.

¶ Si aūt ꝯriū ſuppoſitū fuerit,ſyll's quidem erit ⁊ impoſſibile,non tñ monſtrat̄ ꝓpoſituʒ, ſi enim a/nulli b , ipſi ꝟo c/omni c/nulli b,ſed hoc impoſſibile,quare falſum nulli ineſſe, cęterum non ſi hoc falſum/omni verum.

¶ Quia inquit ſi ꝯtrariū ſumeretur oſtēſionis ꝑ impoſſibile,⁊ non ꝯtradictorię oppoſitū ſit ſyll's,ſed aliquod ꝓpoſituʒ verum non amplius ꝯcludit̄,ideſt non omni. Nam ſi accipiamus,illud nulli vt falſum,nō amplius falſo exiſtente nulli,verum erit omni,ſed illud alicui.

¶ Quādo autеʒ a/ineſt alicui b/ſupponatur a/ nulli b/ineſſe,c/auteʒ omni inſit, neceſſe igitur c/nulli b, quare ſi hoc impoſſibile , neceſſe eſt a/alicui b/ineſſe, ꝙ ſi fuerit ſuppoſitum alicui nō ineſſe eadē erunt/quę ⁊ in prima figura.

¶ Demōſtrauit quō ꝯcluditur in ſcđa figura vl'r affirmatiuū,nunc vult oſtēdere quō ꝯcludit̄ particulare affirmatiuū,ſupponat̄ igit̄ ꝙ a/alicui b/ineſt. Si aūt hoc falſum eſt,erit verū illud nulli,⁊ aſſumptū erat alia aliter dicens illud a/omni c,ꝯcluſio ꝙ c/nulli b. Sit aūt hoc manifeſte falſum. Et falſuʒ ſequutū eſt non ꝑ verā ꝓpoſitionē,ſed per falſam dicentē a/nulli b,ſi aūt hoc falſum,igitur verū ꝙ a/alicui b. Si autē ſuppoſitum fuerit illud omni,neqʒ ſi contrarium ſumatur non oſtenditur quęſitum.

¶ Rurſus ſubijciat̄ a/alicui b/ineſſe,ipſi ꝟo c/ nulli inſit,neceſſe itaqʒ c/alicui b/ nō ineſſe/ſed omni inerat,quare falſum qđ eſt ſuppoſituʒ, a/igitur nulli b/inerit. Quoniaʒ autē a/non oi b/ſupponatur omni ineſſe,ipſi ꝟo c/nulli, neceſſe igitur c/nulli b/ineſſe,hoc autem impoſſibile,quare verum non omni ineſſe.

¶ Si volumus oſtendere ꝙ a/nulli b/ ſumptū ſit ꝙ alicui quę vera ꝓpoſitio dicēs a/nulli c,ꝯcluſio ꝙ c/non omni b/qđ ſi eſt hoc plane falſum ſequutū eſt,q2 nos accepimꝰ falſaʒ dicentē a/alicui b,igitur verū ꝙ a/nulli b. Qđ ꝟo nō oi b/a/de particulari nunc dicit negatiua quō ꝯcludit̄.

¶ Planum igitur ꝙ omnes ſyllogiſmi fiunt per mediam figuram.

¶ Si volumus oſtēdere ꝙ particulare negatiuū ꝙ a/non oi b/ſumptū ſit ꝙ oi, deinde ⁊ maior ꝓpoſitio vt vera,ꝙ a/nulli c/ꝯcluſio ꝙ c/nulli b/qđ eſt plane falſum, ſed cur falſum ſequutū eſt: patet ꝙ non ob verā propoſitionem ſed falſam dicentē a/omni b,ſi autē hoc falſum, igitur verum non omni,quare planū eſt ꝙ in ſecunda figura omnes concluſiones concluduntur.

¶ FIGVRA TERTIA.

Conſimiliter aūt ⁊ per vltimā , ponat̄ enim a/alicui b/nō ineſſe , ipſim ꝟo c/ oi a, igitur alicui c/nō ineſt , ſi igitur hoc impoſſe/falſum alicui nō ineſſe, quare verum omni. Si ꝟo ſuppoſituʒ fuerit nulli ineſſe,ſyll's quidē erit ⁊ impoſſe,nō autē monſtratur ꝓpoſitū, nam ſi ꝯtrariū ſuppoſitum fuerit,eadē erunt quę ⁊ in prioribus.

¶ Cum expleuerit ſermonē de ſcđa figura , nunc dicit de tertia ⁊ inquit ꝙ in hac tota ꝯcludūtur ꝯcluſiones,q̄re ⁊ vl'e affirmatiuū,naʒ ſupponat̄ ꝙ a/oi b/ſ̄m veritatem. Si aūt hoc falſum,illud verū non omni. Deinde ⁊ aliam aſſumat̄ ꝓpoſitio dicens ipſum c/omni b , ꝯcluſio ꝙ a/ non omni c. Sed hoc falſum,⁊ falſum cur ſequutū eſt: q2 dicebatur a/non omni b,ſi autē hoc falſum, verum erit illud omni,ſic vniuerſale affirmatiuum.

¶ Sed ad alicui ineſſe, accipienda eſt hęc ſuppoſitio,ſi enī a/nulli b, c/ꝟo alicui b/a/nō oi c, ſi igit̄ hoc falſum,verum a/alicui b/ineſſe.

¶ Inquit ſi volumus particulare affirmatiuū oſtēdere ſumendū eſt ꝙ a/nulli b/⁊ ipſuʒ c/alicui b,ꝯcluſio ꝙ a/nō omni c,qđ ſit manifeſte falſum,⁊ falſum cur ſequutū eſt: per falſam propoſitionē dicentē a/nulli b. Si aūt hęc falſa,igitur vera hęc alicui,ſic particularis affirmatiua.

¶ Quādo auteʒ a/ineſt nulli b/ſupponatur alicui ineſſe,accipiatur aūt ⁊ c/omni b/inexiſtēs, igitur neceſſe eſt ipſum a/ineſſe alicui c,ſed nulli inerat,quare falſum a/ineſſe alicui b.

¶ Quod ſi volumus oſtēdere vl'e negatiuū ſ̄m falſum particulare affirmatiuū,ſic a/alicui b/⁊ ipſuʒ c/omni b,concluſio ꝙ a/alicui c,qđ ſit manifeſte falſuʒ,igit̄ falſum cur ſequutū eſt,ob falſam ꝓpōnē dicētē a/alicui b,ſi autē falſa

ipſa eſt, vera erit nulli, vt ſi a/nulli b, ſic ⁊ vl'e negatiuũ.

¶ Si vero ſuppoſitum fuerit a/ inexiſtens omni b/non monſtratur propoſitũ, ſed ad nõ omni ineſſe, hęc accipienda eſt ſuppoſitio.

¶ Si ſuppoſitũ fuerit ↄ̃riũ non oſtẽditur ꝓpoſitũ, naʒ ſi ſuppoſitũ fuerit a/omni b, ⁊ oſtẽſũ hoc falſum, nil magis illud nulli verificatur ꝙ̃ hoc oĩ. Sed magis illud non oĩ verificatur. Nos autẽ cõſideramus oſtẽdere ꝙ a/nulli b, aliqñ igitur oſtẽdere poſſumus qñ accipimus ꝙ a/alicui b, nam hoc ſuppoſito abſurdum ſequitur.

¶ Si enim a/omni b/ ⁊ c/alicui b, a/ineſt alicui c, ſed hoc non erat, quare falſum omni ineſſe, ſi autem ita verum non omni.

¶ Si ergo volumus particulare negatiuũ oſtẽdere, ius ſumẽdũ eſt ꝙ a/oĩ b, ⁊ c/oĩ b, cõcluſio ꝙ a/alicui c/ineſt. Sit aũt ⁊ hoc manifeſte falſuʒ, ⁊ falſum ob id ſequutũ, q̃ falſa ꝓpoſitio dicẽs a/oĩ b/eſt. Si aũt hoc falſum, igiť veruʒ non omni, ſic etiam particulare negatiuum.

¶ Quod ſi fuerit ſuppoſitũ alicui ineẽ, eadẽ erũt, quę ⁊ in prędictis. Manifeſtuʒ igiť ꝙ in omnibus ſyllis per impoſe oppoſitum ſupponẽdum, planũ ⁊ ꝙ in media figura monſtratur quodãmodo affirmatiuũ, ⁊ in vltima vl'e.

¶ Pulchre dixit ꝙ in ſcđa figura oſtẽditur aliquo mõ affirmatiuũ, nam (aliquo modo) adiecit, q̃ non proxime cõcludatur, ſed ſublatis aliꝗ concluditur.

DIFFERENTIA INTER OSTENSIVAM MONSTRATIONEM ET DEDVCENTEM AD IMPOSSIBILE.

Differt aũt demõſtratio ad impoſſibile ab oſtẽſiua eo ꝙ ponit, qđ vult tollere deducẽs ad cõfeſſuʒ falſuʒ, oſtẽſiua vero incipit ex confeſſis poſitionibus. Accipiunt itaqꝫ ambę duas ꝓpoſitiones confeſſas, ſed illa quidẽ ex quibus eſt ſyllogiſmus, hęc vero vnam quidem harum.

¶ Ariſtoteles vult per hęc afferre dñias inter demonſtrationẽ ad impoſe ⁊ oſtẽſiuã. Et ingt ꝙ differt ſꝫ ꝓpõnẽs, q̃ impoſis deductio ponit oppoſitũ ↄ̃dictorię, ⁊ B oſtẽdit falſum, deinde ex hoc ſublato ſeqtur, ⁊ introduciť ꝙ vult oſtẽdere. Sed in oſtẽſiua principalr oſtendit ſyllm. Rurſus ꝓpõnuʒ in deductione ad ipoſe vna vera ⁊ vna prorſus falſa. Sed in oſtenſiua ambę verę. Deinde dicet ꝙ ꝓblema oſtẽſum in rectũ ⁊ per impoſe, ⁊ illud ꝑ ipoſe ⁊ in rectũ oſtẽdiť. Et qđ quęcũꝗ per primã figuraʒ ꝑ impoſſibile cõcludimus, demõſtrabiť oſtenſione directa, ⁊ negatiua in ſcđa ⁊ affirmatiua in tertia, ⁊ ꝙ quęcũꝗ in ſecũda per impoſe, ꝓſſit etiaʒ recta oſtẽſione oſtẽdi, aliqñ ꝑ primaʒ, aliqñ vero ꝑ tertiã, ⁊ quęcũꝗ in tertia negatiua in ſcđa ⁊ affirmatiua in prima, ⁊ ipſe ſic oẽs coniugationes percurrere hꝫ plane. (Sed illa quidez ex quibus eſt ſylls, hęc vero vnam quidẽ harũ,) quia oſtenſiua accipit ꝓpoſitiones ex quibus ſylls, ⁊ illa per impoſſibile vnam harũ accipit ex quibus ſyllogiſmus idest vnam veram ⁊ vnaʒ accipit contradictionem veri ⁊ oſtẽdit falſuʒ ſequens.

¶ Vnaʒ aũt ↄ̃dictionẽ cõcluſionis, ⁊ illic quidem nõ neceſſe ↄcluſionẽ notã eſſe, neqꝫ pręaccipere, ꝙ eſt aut nõ, hic vero neceſſe ꝙ eſt, differt aũt nihil dictionẽ aut negationẽ eſſe concluſionẽ, ſed ſimiliter ſe habet de vtriſqꝫ.

¶ A cõcluſione nunc facit differentiã, qđ in oſtẽſiua nõ neceſſe eſt ſcire cõcluſionẽ, ſed in illis oſtenſionibus per impoſſibile hoc ſcire neceſſe eſt, nil intereſt ſiue ſit negatiuum vel affirmatiuum oſtẽſum directe ⁊ per deductionem ad impoſſibile.

¶ QVOD OMNE PER IMPOSSIBILE MONSTRATVM ET OSTENSIVE MONSTRARI POTEST ET ECONVERSO.

Omne vero quod oſtenſiue cõcludiť ⁊ per impoſe monſtrabitur, ⁊ qđ ꝑ impoſe, oſtenſiue/per eoſdeʒ terminos, quando igiť ſylls in prima efficiať figura, verũ erit in media aut vltima, priuatiuũ qdẽ in media, pręḋicatiuuʒ aũt in vltima. Quum vero in media ſylls, qđ verũ in prima ⁊ in oĩbus ꝓblematibus, qñ aũt in vltima ſylls, qđ verũ in prima ⁊ media, affirmatiua quidẽ in prima, priuatiua vero in media.

¶ Hic quęrit Alexãder quõ pot̃ oſtendendũ per impoſſibile ⁊ directa oſtẽſione oſtẽdi, qñquidez ſextus modus tertię figurę ⁊ quartus ſcđę per impoſſibile oſtẽdant, nõ ſit oſtenſiue. Deinde perſoluit ipſe dicendo, qđ illud oẽ, non dicit omneʒ modum, ſed omne problema oſtẽdutur per impoſſibile ⁊ recta eſt per impoſſibile/ſiue affirmatiuum/ſiue negatiuũ, ⁊ hęc ſiue vniuerſalis ſiue particularis. Reliqũ dicit ꝙ quęcũꝗ in prima figura oſtẽduntur per impoſſibile, oſtẽditur etiã oſtẽſiue in ſecũda ⁊ tertia. Equidẽ negatiua in ſcđa ⁊ affirmatiua i tertia. Quęcũqꝫ autẽ in media oſtendebatur per impoſſibile etiã oſtenſiue oſtendentur, affirmatiua in ꝑma, ⁊ negatiua in ſcđa.

¶ FIGVRA PRIMA.

Sit enim oſtenſuʒ a/nulli aut nõ omni b/per primam figuram, igitur ſuppoſitio quideʒ erat a/ineſſe alicui b, c/vero accipiebatur, a/quidem omni ineſſe, b/autem nulli naʒ ſic efficiebatur ſyllogiſmus ⁊ impoſſibile, hęc autẽ media figura, ſi c/a/quidem omni, b/vero nulli ineſt.

¶ Diximus ꝙ per impoſe vl'e affirmatiuũ in prima figura nõ cõcludiť, ſed vl'e negatiuũ, oſtendebať aũt ſic, q̃ a/nulli b. Si enĩ B falſum, veruʒ illud alicui, igiť c/oĩ a/⁊ a/alicui b, igiť c/alicui b, ⁊ hoc manifeſte falſum, igiť veruʒ illud nulli. Hoc igiť oſtẽdeť per ſecũdaʒ figurã oſtẽſiue ſic, c/nulli b/⁊ c/oĩ a, ↄcluſio ꝙ a/nulli b. Hęc igiť ſuppoſitio dicens a/alicui b/falſa eſt, igiť verũ erat hęc nulli, c/aũt accipit nunc ipſe pro medio termino, ⁊ dicit ꝙ c/accipiebať oĩ a/⁊ ipſi b/nulli. Accipiebať aũt nunc hac veritatẽ, ⁊ in ſecũda figura oſtendebatur quęſitum ſic vl'e negatiuum, qđ anteʒ per impoſſibile oſtẽdebatur in prima figura, idem oſtenſiue in ſecunda oſtenditur.

¶ Et manifeſtũ ex his ꝙ nulli b/ineſt a. Conſimiliter aũt ⁊ ſi nõ oĩ monſtratũ eſt inexiſtẽs, ſuppoſitio nãqꝫ eſt oĩ ineſſe, c/vero accipiebať, a/quidẽ oĩ, b/vero non oĩ, ⁊ ſi priuatiuuʒ acciperet c/a/ conſimiliť, ſic enim efficitur media figura.

¶ Similiter ⁊ particulare negatiuũ oſtẽditur oſtenſiue in ſcđa figura ſic c/oĩ a/c/non oĩ b, cõcluſio ꝙ a/non omni

b/⁊

b/ ⁊ oſtēdebatur hoc per impoſſibile in prima figura ſic, c/omni a, a/omni b, igitur c/omni b, ſi autem hoc falſum, verum erit non omni. Nam omni manifeſte abſurdum, igitur non omni verum.

¶ Rurſus monſtratū ſit a/inexiſtens alicui b, ſuppoſitio igitur nulli ineſſe, b/ v° accipiebat omni c/ineſſe, ⁊ a/aut oī aut alicui c/ ſic enim erit impoſſe, hęc autem vltima figurā, ſi a/ ⁊ b/ omni c, ⁊ manifeſtū ex his ꝙ neceſſe eſt a/ alicui b/ineſſe. Conſimiliter autem ⁊ ſi b/aut a/ acceptum fuerit inexiſtens alicui c.

¶ Nunc vult oſtēdere particulare affirmatiuū ꝙ concluſū eſt in prima figura per impoſſe, nunc ↄcludit in tertia oſtēſiue. Sed ſciēdū eſt ꝙ ſi in ſcđa oſtēdit, aſſumit maiorē ↄpoſitionē, ſi aūt in 3^am aſſumit minorē. Sed oſtēdebatur per impoſſe in prima figura, ꝙ a/alicui b/ineſt ſic, naʒ ſi hoc falſum, verū erit illud nulli b/a, ⁊ b/omni c, concluſio ꝙ a/nulli c. Si autem hoc falſum, verū erit illud alicui. Oſtenditur aūt in tertia oſtenſiue ſic, a/omni vel alicui c, ⁊ b/omni c, concluſio ꝙ a/alicui b.

¶ FIGVRA SECVNDA.

Rurſus in media figura ſit oſtenſum a/omni b/inexiſtēs, igitur ſuppoſitio erat a/ineſſe non omni b, eſt aūt acceptum a/omni c, ⁊ c/omni b, ſic enim erit impoſſibile, hęc v° prima figura, ſi a/omni c/ ⁊ c/omni b.

¶ Demōſtrauit qūo oſtēſa primę figurę per impoſſe oſtēduntur oſtēſiue in ſcđa ⁊ tertia figura nunc vult oſtēdere qūo ea ſcđę oſtēdunt in prima oſtēſiue. Concludebatur aūt vle affirmatiuū ꝑ impoſſe ſic in ſcđa, qđ a/omni b. Nā ſi hoc falſum, verū illud non omni, ſed a/oī c/illud a/non oī b, cōcluſio ꝙ c/non oī b/ſed erit hoc falſum, igitur verum illud omni, a/itaqꝫ omni c, ⁊ c/omni b, igitur a/ omni b/ ⁊ ſic erit prima figura.

¶ Conſimiliter autem ⁊ ſi alicui oſtenſum eſt inexiſtēs, ſuppoſitio nāqꝫ erat a/ineſſe nulli b, ſed acceptū fuit a/omni c, ⁊ c/alicui b.

¶ Rurſus ſi oſtēſum eſt per impoſſe in ſcđa figura ꝙ a/alicui b, patet ꝙ hīs falſum hanc nulli ſic, a/omni c/ ⁊ a/nulli b, cōcluſio ꝙ c/nulli b. Hoc aūt plane falſum, igit̄ verū illud alicui. Igit̄ facimus ſic, a/omni c/ ⁊ c/alicui b, igit̄ a/ alicui b/ ⁊ rurſus erit prima figura.

¶ Et ſi priuatiuus ſit ſyllogiſmus, ſuppoſitio quidē a/alicui b, acceptum v° eſt a/nulli eorū quę c, ⁊ c/omni b, quare ſit prima figura.

¶ Rurſus oſtenditur priuatiuus ſic in ſcđa dico ꝙ a/nulli b. Si enim hoc falſuʒ, illud verū alicui, ⁊ illud a/nulli c, cōcluſio ꝙ c/non oī b. Si aūt hoc falſum, nam erat oī verū, ⁊ a/nulli c/ ⁊ ipſum c/omni b, a/igitur nulli b.

¶ Et ſi non vlis ſyllogiſm⁹, ſed a/alicui b, monſtratum eſt non ineſſe cōſimiliter, nam ſuppoſitio a/ineſſe omni b, acceptum v° eſt a/nulli c, ⁊ c/alicui b, ſic enim prima figura.

¶ Oſtenſum eſt particulare per impoſſe in ſcđa figura ſic, dico ꝙ a/nō oī b. Si enim hoc falſuʒ verū oī. deinde accipitur ꝙ a/nulli c/ ⁊ a/omni b, ↄcluſio ꝙ c/nulli b. Erat autē alicui, ſed hoc ſit manifeſte falſum, igit̄ verum illud alicui, deinde in prima figura oſtēdit̄ ſic ꝙ a/nulli c, ⁊ ipſū c/ alicui b, ↄcluſio ꝙ a/nō oī b. Sic oſtēdit̄ in p̄mo ſcđę figurę, poſſunt ēt particularia negatiua concludi in tertia.

¶ FIGVRA TERTIA.

Rurſus in tertia figura oſtēſum ſit a/ omni b/ineſſe, igitur ſuppoſitio erat a/ineſſe non omni b, acceptum autēʒ eſt c/omni b, ⁊ a/ omni c, ſic eniʒ erit impoſſibile, hęc v° prima figura. Conſimiliter autem ⁊ ſi in aliquo demonſtratio, ſuppoſitio nāqꝫ a/ineſſe nulli b, acceptum autem eſt c/alicui b/ ⁊ a/omni c.

